







VARIAE LECTIONES
VETERIS TESTAMENTI

EX IMMENSA

MSS. EDITORUMQ. CODICUM CONGERIE HAUSTAE

ET AD SAMAR. TEXTUM, AD VETUSTISS. VERSIONES,

AD ACCURATIORES SACRAE CRITICAE FONTES AC LEGES

EXAMINATAE

OPERA AC STUDIO

JOHANNIS BERN. DE-ROSSI S. T. D.

ET IN R. PARMENSI ACAD. LING. OR. PROFESS.

VOLUMEN II

NUMERI, DEUTERONOMIUM, JOSUE, JUDICES,
LIBRI SAMUELIS AC REGUM.



Veterum librorum fides de Hebraeis voluminibus examinanda est.

Hieron. Epist. ad Lucin.





PARMAE

EX REGIO TYPOGRAPHEO

cIↃ. IↃcc. LXXXV.

FACULTATE OBTENTA.

PRAEFATIO

Primum variarum V. T. Lectionum volumen alterum excipit, quo reliqui duo Pentateuchi libri ac Prophetae, quos priores vocant, continentur. Paullo plenior in hisce libris, quam in primis tribus, sistitur collatio, insigniores etiam ac praestantiores hic occurrunt variationes, inter quas quae celeberrimos Josue versus cap. xxI respicit, primum obtinet locum, digna, quae fusius, ut fecimus, et uberius expenderetur. Non adeo tamen insignes ac graves, quales forte expectant nonnulli, qui loca omnia implexa, obscura, inemendata mss. codicum collatione tolli ac sanari posse autumant, et ex superstitibus antigraphis, non valde vetustis, quorum antiquiora vix xI seculum excedunt, eam sive lucem, sive medelam afferri, quam antiquissimae ipsae versiones non afferunt. In tanto autem qui promitur, variarum lectionum numero multae sunt, quae communem aperte emendant, longe plures futurae, si statutos operis, temporis, instituti limites praetergressus, plenas, deficientes, vocales litteras persequerer, in quas editi textus emendatio potissimum cadit. Multae sunt receptis meliores, quod saepe animadverto, quamquam non semper meliorem appello lectionem, quod veriorem putem, sed saepissime quia syntaxi et contextui magis analogam. Anomaliae enim et soloecismi, qui tantum abest ut textus veritati et integritati officiant, ut potius ejus fidem faciant luculentissimam, a sacris ipsis scriptoribus esse possunt, qui imperiti aliquando sermone sunt, ut Apostoli verbis utar, non scientia, qui non curant, ut inquit Hieronymus, magnopere de verbis, qui sensum habent in tuto, quibus non verborum, sed rerum auctoritas tribuenda est juxta Augustinum. Quî enim minus id quod dicitur, verum est, rectissime iis qui haec objiciebant, reponebat olim Arnobius, si in numero peccetur, aut casu, praepositione, participio, conjunctione?

Jam vero quum plena ac deficiens dictionis ortographia nec ullius plerumque momenti sit, nec nostri, ut diximus, instituti, superfluum est monere in afferendis variis lectionibus codices, qui alterutro modo legunt, indiscriminatim produci, illud unum curari, in quo potior sita est lectionis varietas, ex duabus scriptionibus eam deligi, quae est discrepantium codicum communior. Illud potius moneo in Kennicottianorum ordine eos identidem codices afferri, qui historice tantum notant ad marginem alia exemplaria aliter legere. Quod ut non valde probo, ac diligenter codices meos notis illis instructos distinguo, idem de Kennicottianis faciendum duxi, quos certo sciebam ad marginales emendationes non esse referendos. In Taurinensibus autem codicibus 246, 249, 250, 251 perpetuo a Kennicotto confusum est Kerì cum Chediv, seu marg. lectio cum textuali. Ii ergo ex ceterorum ordine saepissime extruduntur. Valde etiam neglexit variantium distinctionem primae vel secundae manus, quam collatores, plerique saltem, accurate indicaverant. In multis id locis sive ex mss., quas ad manus habemus, sive ex editis aliorum criticorum collationibus supplemus. Quamquam, si lectio antiquarum versionum praesidio fulcitur, ex quacumque manu derivet, ea sit aestimanda, nec magnopere intersit, si prima sit, recentius emendari, ut solet, ad masorethicos codices, si secunda, a correctore ex auctoritate et collatione aliorum codicum restitui. Codicem Erfurtensem v in Kennicottianis notis negligi non semel miratus sum. Eum enim Henricus Michaelis contulerat et in Bibliis Halensibus perpetuo produxerat. Ego conjicio codicem hunc eundem esse cum Kennic. 375 Moguntino. Nam codex Erfurtensis v anno 1727 Electori Moguntino Lothario Francisco dono datus est, ut tradit Froriepius *Comm.* ad Psal. 11 7, et ex eo Diederichs *Spec. var. lect. codicum Erfurt. in Psalmis* p. 2 in notis. Congruunt libri, nisi quod Henr. Michaelis, uberius forte contenta delineans, addat Isaiam, Prophetas minores, ac Psalmos. Conf. ejus *Praef. ad Bibl. Hal.*, et *Diss. de mss. codd. Erfurt.* 4. Halae 1706 p. 7, ubi praeterea Paralipomena enumerat. Congruunt variae lectiones, etiam magis singulares. Jos. vII 18 testatur Michaelis codicem illum nunc habere additum חרב, ut plane habet Kenn. 375. Tandem eadem est utriusque codicis ratio, structura, aetas, ut

non dubitem saepe Erfurtensem v addere, ubi omissus est, sub Kennicottiano numero 375.

Quum mss. editique codices nonnulli sive mei, sive exteri collationi accesserint, perbrevem eorum descriptionem volumini praemitto, ne, quod olim cel. Kennicotto vitio versum est, prius producantur codices, quam describantur. Ad calcem vero IV voluminis breviorem Appendicem adjiciam, in qua non modo selectiores horum codicum lectiones quoad libros jam excusos suppeditabuntur, sed et graviores aliae quaedam, quas deprehendam properantis oculi ac calami diligentiam effugisse. Quamquam porro ex his non sit defectivum שלה, quod Gen. XLIX 10 multi codices exhibent, leguntque Samaritanus, LXX, Syrus, Chaldaeus, et Arabs, sed illud praetermiserim, quia ad plena ac defectiva pertinet, sique *jod* in שילה insertum pro matre lectionis habes, vel pro signo *daghesc* fortis, quia idem perinde est, vel in idem utrumque recidens, effecit tamen nominis ac loci celebritas, ut codicem meum decerpens 850 hispanum et accuratissimum, qui defective illud legit, variam hanc lectionem, ut et alteram paucissimorum codicum שילו, in commemorata Appendice adnotarem in reliquis mss. codicibus diligenter examinandam. Quod nunc eo libentius ac studiosius sum praestiturus, postquam ex celeberrimi Michaelis litteris nuperrime ad me datis intellexi ab eo illam desiderari, ac praestiturus quidem non tam de variatione hac, quam de qualibet alia, quae ipsi vel alii cuipiam critico digna videatur quae illustretur. Nec enim quicquam mihi magis cordi est, quam ut doctissimis viris studia mea probem, novas lectiones ab iis propositas examinem, saepe conjecturas ipsas, irrito plerumque conatu, nec sine magno temporis dispendio, meamque hanc qualemcumque collationem, quantum quidem unius hominis vires nimisque angusti temporis limites ferunt, pleniorem reddam ac perfectiorem. Etenim docti ipsi, aequissimi et idonei harum rerum judices, qui optime norunt quantum taedii ac laboris tot locorum ac codicum examen postulet, quantum saepe unius numeri testimonium, saepe enim ut unus codex afferatur, quingenti frustra excutiuntur, qui silent, candide, opinor, fatebuntur, plura fere ab uno homine, infirmae identidem valetudinis, intra tam exiguum temporis spatium suscipi ac praestari, quam possint, si plu-

ra examinentur, plures quoque annos, homines, plura volumina requiri, si omnia, vitam ipsam prius defecturam.

Quod porro de variis lectionibus, idem de Kennicottianorum, vel exterorum codicum supplementis et emendationibus dicimus, atque opportune hic quae de Viennensibus codicibus in epistolis suis ad me datis olim supplevit ac monuit doctissimus Adler, inserimus. Nota ergo Kenn. codicem 254 nitidissime scriptum esse in 4. majori 2 columnis foliis 424 cum utraque masora, a Chronicis incipere Agiographa juxta ordinem hispanum, metrice disponi Psalmos, ac Proverbia, 588 charactere germanicum esse, ac foliis constare 548 in 4. maj.. Postremae Aphtarae sine punctis conscriptae sunt, et sub finem deficiunt. Inscriptio habet ביום ז׳, non ו, ut habet Brunsius, unde legendum *feria vII*. In epigr. cod. 589, qui foliis constat 112, a cl. Brunsio relata pro פד׳ legendum צד׳. Ita זכ׳ צד׳ לב׳ erit *memoria justi in benedictione*. Folia cod. 590 sunt 451, non 471, ut typographico errore impressum est. 592 habet fol. 501 et ad calcem librarii nomen *Chaiim fil. David*, 593 folia 253, et indiligentissime scriptus est. 595 utramque masoram exhibet, binas columnas, folia 474, et epigraphem, in qua legitur amanuensis nomen *Nathan fil. R. Eliezer*, et annus הא׳כ׳נ׳ה׳ 5076, Ch. 1316. 596 continet Prophetas priores ac posteriores, folia 402, binas columnas, et talmudicum canonem secutus Isaiam post Jeremiam et Ezechielem enumerat. Germanicae sunt litterae exteri cod. 107, latetque in Psalmorum masora ejus inscriptio, in qua scriba se illos masora ac punctis instruxisse testatur anno בי״ום, seu 58, anno sibi fatali, quo expulsae sunt synagogae sanctae, occisi 140 viri populi illustriores, abducti infantes, interfecta uxor, bini filii, frater, soror. Ad calcem vero bis annus 59, Ch. 1299 occurrit.

Parmae ex Regia Acad. d. 1 Julii MDCCLXXXV.

MSS. CODICES SACRI TEXTUS BIBLIOTHECAE

AUCTORIS ADDENDI.

850 *Pentateuchus*, *Aphtaroth*, *V Meghill.* cum Vol. Antiochi et minori Masora, cod. ms. membranaceus charactere hisp. in 4. an. 1469.

Luculentissimus codex Ulyssipone exaratus, ut patet ex inscriptione, quae extat ad calcem Eccle.: *Ego Samuel de Medina scripsi hos quinque libros Legis, et Aphtaras, et V Meghilloth, auxilio Dei, qui sedet in excelsis, in gratiam clarissimi, potentis, ac desiderabilis R. Jacobi Coèn filii gloriosi, electissimi senis, optimi cum Deo et hominibus, R. Jonae Coèn ... Absolutusque* (liber) *mense Sivan anno 5229 ab O. C. Ulyssipone.*

851 *Pentateuchus* cum *Apht.* et *V Megh.*, membr. hisp. in 4. sub fin. sec. XIV, vel in. XV.

Codex et ipse elegantissimus in Hispania summa diligentia descriptus. In breviori Appendice selectiores variationes Gen. Exod. Lev. codicis hujus ac praecedentis suppeditabimus; quod et de reliquis omnibus codicibus fiet decurrente praelo comparatis, vel comparandis, quoad eos libros, qui jam fuerint excusi.

852 *Psalmi* occurr. in Ord. benedictionis, memb. germ. in 4. sub fin. sec. XIII vel in. XIV.

Init. litterae maj. orn. ac rubrae.

853 *Pentat.* cum *V Megh.*, memb. semirabb. in 8. sec. XIII.

Incipit Gen. XXIV 61, et desinit Esther. IX 27. Sectionum exordia litt. maj. varioque colore distincta.

854 *Psalmi* occurr. in Ord. precum, memb. rabb. 16. sec. XV.

855 Sectiones *Pentat.* ac *Proph.* et *Psal.* occurr. in Machazor, membran. germ. fol. min. sec. XIV.

Extat ad calcem nomen scribae Simson.

856 Sect. var. *Pent.* ac *Proph.* et *Jonas* in Compendio precum, german. in 4. mutil. sec. XIII.

857 *Genesis Exod. Eccle. Esther* cum Targ. et Com. Rascì, membran. german. in 4. mutil. sec. XII vel in. XIII.

Est pars cod. 656 sero reperta et acquisita. Incip. Genes. XV 10, et progreditur ad Exod. XVI 36, unde incipit 656. Sequuntur 8 folia ab Exod. XXXI 8 ad XXXIV 30, quae illic deerant. Ad calcem occurrit Eccle. a cap. VII 21 ad fin. et Esther usque ad cap. II 11.

862 *Estheris* Volumen memb. hisp. sub fin. sec. XIII vel in. XIV.

863 *Psal.* occurr. in Agadà, memb. cum fig. aur. in 8. sec. XV.

864 *Psalter.* cum Comm. Kimchì, memb. germ. in 12. sec. XIV.

Habet ad calc. epigr., in qua nomina calligraphi, et ejus, in cujus gratiam codex descriptus, deleta sunt. Ille videtur fuisse Salomon, hic ingenui Rabbini titulo insignitur.

865 *Psalterium*, membran. rabbin. 12. sec. XV.

Tituli Psalmorum litteris maj. rubris. Leguntur nomina ant. possessorum Salomonis et Menach. Finzi.

866 *Pentat. Sectiones* festiv., memb. germ. in 16. sec. XV.

867 *Psalterium*, membr. rabb. sine punctis in 16. sec. XIV.

Leg. sub in. *Hoc Psalt. acquisivi ego pro meipso Abraham Finzi. Deus dignum me faciat vacare in eo* etc.

868 *Aphtarae* et *V Megh.* cum *Psal.* 89, et 136, membr. rabb. in 4. min. sub in. sec. XV.

Inc. ab Apht. לך לך. Primae Sectiones rec. manu sine punct. suppletae. Legitur ad calc.: *Absolutus opera Jehosaph fil. Scabtai, descripsique illum hic in urbe Camerino in gratiam praeceptoris mei R. Eliae fil. R. Menachem.* Sequuntur bini Psalmi CXXXVI, et LXXXIX, sub quorum fin. iterum occurrit nomen scribae Jehosaph.

871 Onkelosi Targ. in Pent. cum textu sacro a *Num.* XXIX 6 ad *Deut.* XIII 3, membr. semirabb. in 4. sec. XIV.

872 *Pentateuchus* cum *V Meghill.*, memb. semirabb. in 4. init. sec. XV.

Sectionum tituli maj. litt. quadratis germ.. Ad calc. Pent.: *Confirmetur scriptor et roboretur lector.* Ineleganter et indiligenter exaratus.

873 *Psal. Job Prov.*, memb. rabb. 12. sub fin. sec. XIII vel in. XV.

Praecedit Psalmorum elenchus. Initiales litt. majusc. germ. explicitque eadem epigr. qua praecedens codex.

874 *Psalt. Prov. Job*, memb. rabb. in 8. sec. XV.

Ad calc.: *Roboretur et confirmetur scriba, damno non afficiatur, non hodie, nec in aeternum, donec ascendat asinus scalam, quam Jacob pater noster somniavit.* Tituli litt. maj. et extrema pagina extant notae an. 209, 210, 212 etc., Ch. 1449, 1450, 1452.

876 Fragm. *Apht.*, quod complectitur *Oseae* Cap. II et *Judic.* XIII, memb. german. 2 col. 4. maj. sub fin. sec. XIII, vel in. XIV.

877 Fragm. *Lib. I Chron.* a cap. VI 57 ad VIII 8, membran. germ. in fol.

878 *Pentateuchus* cum Targum et Com. Rascì et Aben Esrae, memb. germ. in 8. maj. anni 1494.

Nitidus codex qui habet init. litteras, titulos, ornatus, figuras auro minioque affabre depictas. Epigr.: *Ego Simson Gallus filius domini patris mei Eliae Chelpan, quem Deus tueatur, scripsi hunc Pentateuchum in grat. D. Menachem de Terracina cum Targ. et Comm. R. Salomonis et Aben Esrae circum illum anno 5254 a creat. mundi hodie feria secunda Parascà* ובני ישראל יוצאים ביד רמה et filii Israel egredientes in manu excelsa. *Dominus in misericordiis suis dignum faciat illum meditandi in eo* etc.. Hinc in titulo libri extat aureis litteris possessoris nomen *Mei est Menachem fil. D. Mescullam quem Deus servet, de Terracina*, et infra ipsius stemma gentilitium. Textus medium tenet locum, in interiori columna extat Targum, in exteriori Commentarius Rascì, in ima pagina Comment. Aben Esrae. Quamquam porro codex recentioris aetatis sit, habet nihilominus egregias varias lectiones tum in textu, tum in Targum, quas in Append. exhibebimus. Deut. XXXI 15 post באהל *in tabernaculo* legebat ex prima manu מועד *conventus*, vel *temporis*, ut legunt quinque Kennicottiani ac Syrus, et Levit. IX 21 duobus codicibus Targumicis Onkelosi, qui cum Samaritano textu, LXX, Targum Jonathanis, et Arabe habent *praecepit Dominus Mosi*, tertius hic noster addendus est.

879 *Psalterium* cum min. Masora, memb. germ. in 4.

Codex antiquus et bonae notae. Frequentes in eo liturae, multa ob ὁμοιοτέλευτον omissa, suppleta in marg., sed bonae etiam et optimae lectiones repèriuntur. Ita de hoc codice in litteris suis ad me datis doctissimus et amicissimus Adler Hafniensis Professor, qui illum benevole votis meis, meisque studiis concessit. Ps. XLVIII 15 legit עלמות, CVI 7 על ים סוף,

omisso בים *in mari*, quod non legunt LXX et Arabs, et Psal. CXLV ad calc. addit ואחנו נברך יה מעתה ועד עולם הללו יה, ut octo Kennicottiani, et Biblia Soncinensia.

880 *Lib. I ac II Reg.* Fragm. cum Masora, membr. charactere german. in fol. 2 col. sub fin. sec. XIII, vel in. XIV.

A lib. I Reg. XII 29 ad XIII 18, a XVIII 7 ad 30, lib. II Reg. II 9 ad III 7, et a VII 17 ad VIII 18.

881 *Jeremiae* Fragm., memb. ital. 2 col. in 4. maj. sec. XIII.

Complectitur Jer. cap. XXVII 16 ad XXIX 10, et XXXVI 6 ad XXXVII 5.

882 *Threni*, *Pent.* ac *Proph.* Sectiones, et *Psal.* occurr. in Machazor, membr. ital. fol. sec. XV.

883 *Aphtaroth*, seu *Proph.* Sectiones, memb. rabb. 12. maj. sec. XV.

Mss. meis codicibus, qui II Reg. 18 non legunt נא, adde 883 omissum.

884 *Liber Nehemiae* mutilus, memb. rabbin. 12. sec. XV.

Incipit Neh. IX 9.

885 *Libri II Sam.* Fragm., memb. germ. 8. sec. XIII exeuntis.

Inc. cap. VI 2, desinit XX 3. Fragmenta columnarum superioris codicis 880 in fol. simul compacta.

886 *Deuter.* Fragm. cum Masora, membr. hisp. in 4. min. 2 col. sec. XIV.

A Deuter. XXIV 18 ad XXVI 5, a XXVIII 15 ad 49.

887 *Psal.* ac Mosis *Cant.* occurr. in Ord. precum, memb. rabb. 16. sec. XV.

Psalmi plures occurrunt, ac bis canticum Mosis Exod. XV, breviores etiam aliae Pent. sectiones, ut consueta Deuter. VI, ubi v. 8. legit ידיך. Litterae, praesertim initiales, alicubi rubro ac caeruleo colore sunt exaratae.

888, 889, 890, 891 *Estheris* Volumina memb. ital. variae formae et aetatis.

In horum primo reliquis ampliore conglutinatae superiori marg. imagines Esth. historiam referentes. Insigniorem praeterea partem, quae deerat, obtinuimus codicis 341 hispani, in quo Masora adinstar florum, animalium, ornatuum ingeniose disposita est, et libri poetici in hemistichia divisi. De praecedentibus autem codicibus observa sing. notam codicis 196 ex codice Paris. Regio ab Houbigantio afferri in *Prolegom.* p. 206, 207 edit. Paris. in 4., et ex masoretico codice a Brunsio in *Annal. Helmst.* 1784 p. 101, sed cum aliqua lectionis varietate. Nam ubi meus legit חסא *Chasa*, illi דוסא *Dusa*, meus מנקרי *Menakri*, illi מנקי, vel ut Paris. מנקיי *Menaki*, ac ubi verti *a Resaphos*, dubiam hic mei lectionem recte illi definiunt, legentes רופס *Rufos*, vel *Rufus*, quod male *Doses* reddit Formondus, *Rophes* Houbigantius. Conf. Michaëlis *Diss. de Voc. Hebr.* inserta ejus *Vermischten Schriften* P. I p. 44, et *Biblioth. or.* T. IX p. 69 in notis. Ad cod. 210 pro *hisp.* lege *rabb.* Rabbinico namque charactere exaratus est, ut accurate in Apparatu excusum fuerat n. 151 p. 25.

MSS. CODICES EXTERI.

111 *Prophetae priores* ac *posteriores* cum Masorà, cod. ms. memb. in fol. *Hamburgi Bibliotheca Seligmann.*

De hoc cod. vide Wolf. *Bibl. Heb.* T. II p. 312, et *Catal.* ejusdem Bibliothecae hebraice Hamburgi editum in 4. an. 1782 *Class. mss.* fol. 23. Dicitur antiquus et in גויל, quod de crassiori membrana intelligo.

112 *Samuelis Libri*, *Reges*, *Prophetae posteriores*, et *V Meghilloth*, memb. in 4. ibid.

113 *Agiographa* cum Mas., membran. in 4. ibid.

114 *Agiographa*, memb. in 4. ibid.

Utrumque Catalogus ישן, seu *vetustum* appellat.

115 *Psalterium*, membr. germ. in fol. ibid.

Codex *pulcher et elegans litteris quadratis vernaculis*, seu *germanicis*, *affabre compactus in corio albo*. *Catal.* citato loco.

116 *Psalterium*, membr. germ. in 4. ibid.

Codex et ipse luculentus et eleg. picturis, seu miniat. ornatus.

117 *V Meghilloth* cum Masora in Machazor, memb. in fol. max. ibid.

Litteris majoribus, *elegantique*, *et perantiqua scriptura*. *Catal.* fol. 12.

118 *V Meghilloth* in Mach., membran. ant. et eleg. in 4. ibid.

119 *Job* et *Jeremias* in Libro precum totius anni, memb. in 4. ibid.

V. *Catal.* fol. 24 על גויל ישן *in corio antiquo*.

120 *Psalter.* in Libro prec., memb. in fol. ibid.

Summa elegantia conscriptus et compactus, ut notat *Catal.* fol. 24 pag. versa.

121 *Job* cum Machazor, membr. ital. in 4. sub fin. sec. XIV vel in. XV, *Venetiis Bibliotheca Nani.*

Sub initium mutilus codex, ac Job metrice distributus.

122 *Pent.* cum *Apht. Megh.* et Com. Jarchì, memb. 4. sec. XV, *Buxeti* ap. *Petr. Vitali.*

Incip. Gen. II 20, et deficit cap. XII, XIII, XIV, et in. XV.

123 *Pent.* cum Targ. alternis vers., Com. Jarchì, *Megh. Apht.*, et Masora, memb. germ. 3 col. fol. max. sec. XIII exeuntis, *Pragae Bibl. Publ. Univ.* Y I 1022.

De aetate certo non constat. Extitisse autem codicem jam an. 1350 ex historia compertum habeo. Nam Caspar Bruschius in Descriptione montis piniferi, *germ. scripta et Witteb. 1612 in 4. edita refert an. 1350 a concionatore qui de passione Domini verba faciebat, concitatam plebem in civitate Egra in Bohemia, ab hac trucidatos et spoliatos fuisse Judaeos, iis ereptos codices membranaceos, quos a Senatu thesauri instar diligenti cura asservari ait. Hi codices, quorum unus hic est, alter preces continens, a Senatu donati sunt Collegio Jesuitarum. Soluta Soc. J. redierunt ad Senatum civitatis Egrae, tandem translati in Biblioth. publ. Pragam.* Haec in litteris a me datis die IV maii hujus anni doctissimus Dobrowsky, qui characteris specimen exhibet in *Dissert. de an-*

tiq. heb. litt. n. 3, non 2, ut calcogr. errore excusum est. Cod. indiligenter exaratus a quodam, ut videtur, Salomone, qui nomen hoc, quotiescumque in. aut in fine lineae occurrit, exornavit.

124 *Pent.* cum Targum, *Meghill. Apht.*, memb. fol. 2 col. sec. XIV, *Pragae Biblioth. Comitis de Nostiz* X 156.

Character accedit ad hisp.. Multae paginae detritae, in multisque locis novum atramentum superductum ab antiquo ejus possessore Joh. Hesso Wtratislaviensi Canonico in Silesia, qui codicem hunc in Italia, ubi studuit, videtur emisse, et an. 1526 religari curavit. Quae hic sistuntur selectae duorum codicum Pragensium variationes, humanitati debentur ipsius Dobrowskii et Fortunati Durichii. Codex alter Pragensis, seu Fragmentum quod inter exteros codices attulimus sub n. 99 ex Orientali Michaëlis Bibliotheca, non in Bibliotheca Clementina, sed in Publica Caesarea, ut nos per litteras idem Dobrowskius monuit, quaerendum est.

125 Fragm. *Genes. Exod.* et *Apht.*, memb. germ. in 4. maj. sec. XIV, *Vindobonae Bibliotheca Caesarea*.

V. Adleri *Iter biblico-crit.* pag. 7. Constat codex foliis 170, et binis fragmentis, quorum alterum complectitur Gen. et Exod. una columna lin. 21 cum masora parva, et Comm. Rasci, alterum Aphtaras 2 col. lin. 19. Sub init. antiquus possessor nomen suum inscripsit et aeram *mense Tamuz die 11 mensis an. 168 min. supp.* Est ergo codex antiquior an. 1408.

126 Fragm. *Proverb.* et *Ruth* cum Masora, memb. ital. 2 col. 4. min. sec. XV, *Parmae Bibliotheca Regia*.

Incipit Proverb. XXVI 26, desinit Ruth. IV 4.

KENNICOTTIANIS

ADDENDUS.

668 Ms. codex servatus *apud Judaeos Sinenses* in urbe *Caifong-fu* in Prov. *Honan*.

De eo Kennic. *Diss. gen.* §. 154, Brotier *Taciti Op.* T. III Paris. 1771, Michaëlis *Bibl. or.* T. V p. 77, et XVIII p. 114. Conf. Köegleri *Notitia de sacris Bibliis Judaeorum in Caifung*, quam T. VII *Diarii* germanici Litter. edidit cl. De Murr p. 240-252. Codex hic Deut. XXXII 25 pro תשכל *orbabit* legit תאכל *devorabit*.

EDITIONES SACRI TEXTUS

BIBLIOTHECAE AUCTORIS ADDENDAE.

243 *Biblia Veneta* Bombergii 4. 1533.

Titulus: *Pent. impressus quarta vice opera Dan. Bombergii Antwerpiensis an. 293 min. supp. hic Venetiis*. Ad calc. legitur an. 288, Ch. 1528, quia reliquae partes editionis hujus anni retentae sunt. V. Masch. in addendis.

244 *Biblia Ven.* de Gara 8. 1572.

Hoc anno absoluta, sed coepta an. 1568. Afferimus Prophetas priores, quos possidemus, non posteriores, ut impressum in Catal. ex titulo, quem exhibet, seq. voluminis.

245 *Biblia Hamburg.* Hutteri fol. 1587.

Sub novo titulo *Coloniae 1603*. Uberrimam eorum delineationem habes in Maschio p. 35, 36.

246 *Biblia Wittebergensia* 4. 1587.

Ex mandato Joh. et Conradi Ruheli fratrum opera Zachariae Cratonis an. 347. Ad Plantinianam an. 1566 editionem hanc perfecte esse effigiatam male judicat Knochius, ut ex collatione nostra, selectisque utriusque variationibus constat. Ita ad hanc potius exactam crediderim triplicem Hartmannianam, quam ad Plantinianam, ut scribit Maschius p. 32. Perrara editio, quam nonnisi post excusum lib. I Sam. assequuti sumus.

247 *Biblia Veneta* 4. 1690.

Nella sta. Vendramina 1690. Idest exeunte hoc anno, et ineunte judaico 451, ut habet heb. titulus. Editio in Bibliotheca sacra Le-Longio-Maschiana omissa, de qua V. *Append.* nostram ad eand. Bibl. p. 55.

248 *Pent.* cum *V Megh. Apht.* et Comm. fol. *Ripae Tridenti* an. 1561.

Ad hunc Pentateuchum pertinent Megh. et Apht. in fol. sine an. sub n. 213 allatae. Is ergo habet etiam Aphtaroth a Maschio omissas T. I pag. 121.

249 *Pent. Amstelodamensis* cum *V Megh. Apht.* et Comm. Jarchì 12. 1700.

Anno 460 cura Dav. Nunnes Torres et in domo Emanuelis fil. Josephi Athias. De ea *Append.* nostra ad Biblioth. Le-Longio-Masch. p. 56.

250 *Pentat.* cum *V Megh.* et *Apht.* 8. 1714.

Anno 474 ex Typ. Bragadina. De eo silent Le-Longius, Wolf., Masch.

251 *Pent.* cum *V Megh.* et *Apht.* 12. an. 1756.

In domo et typogr. fratrum Josephi, Jacobi, et Abrhami Proops anno 516 min. supput. Aphtarae exhibent an. 515, Ch. 1755. Maschius, qui utramque editionem, hanc et praecedentem omittit, Amstelodamensem aliam memorat hujus anni cum Com. Jarchì p. 125, ubi pro *Tamnuach* corrige *Manoach*, et adde *Salom. Proops*.

252 *Pent. Venetus* cum Targum *V Megh. Apht.* 4. anni 536, Ch. 1776.

253 *Genes. Vittebergae* 8. maj. 1586.

Typis Zach. Cratonis. Biblioth. Le-Longio-Masch. T. I p. 73.

254 *Isaias Jeremias Ezech.* ac XII *Proph. min.* heb. lat. 8. 1610.

Ex Officina Plantiniana Raphelengii, et cum vers. interlin. Pagnini.

255 *Isaiae* Cap. LII et LIII Hebr. Lat. 4. in. sec. XVI.

In Guidacerii *Gram. Hebr. Linguae* Leoni x dicata ejusq. aetate edita.

256 *Apht. Basileae* fol. 1619.

Cum Comm. Kimchii a Buxtorfio editae. V. Masch. p. 141.

257 *Psalmi Prov. Eccle. Cant.* cum interl. vers. Pagnini 8. *Genevae* sine anno.

Cepha Elon circa an. 1616.

258 *Psalmi Prov. Cant. Eccle.* 8. *Paris.* 1632.

Cum interl. vers. Pagnini sumpt. Seb. Cramoisi. V. Wolf. *Bibl. Heb.* T. II p. 401.

259 *Psalt.* Heb. Graec. Lat. 8. *Basileae* 1548.

Petro Artopaeo auctore ap. Henr. Petri.

260 *Psalt. Amstel.* 32. anni 1644.

In domo Immanuel Benbeniste an. 404 min. supp., non Eliae Aboab, ut tradunt Le-Longius, Wolfius, ac Maschius, nisi alia extet editio hujus anni Aboabo tribuenda.

261 *Psalt. Veronense* 16. 1644.

An. 404 per Abr. fil. Zevi de Cracovia, et Eliae fil. Josephi פרנוורט Pranvorth.

262 *Psalt.* cum notis 12. *Hanoviae* 1712.

In Typogr. Orientali. Notas ex select. Comment. Judaicis descripsit ediditque Bashuysen.

263 *Psalt. Venetum* 16. an. 1717.

Ex Typ. Bragadina an. 477. Supplendum in Bibl. Le Long. Masch.

264 *Psalt. Liburn.* 12. an. 1780.

Ex Typ. Abr. Isaaci Castelli et Eliez. Sahadon an. 5540.

265 *Psal.* et Sect. nonnullae bibl. occurrentes in Ord. precum 32. sine anno et loco.

Sed Sabionetae circa an. 1550, unde supplenda editio haec in *Annalibus heb. typogr. Sabion.*, quos olim edidimus. Exemplar in membrana excusum.

266 *Psalmus* xx Heb.-Lat. 4. *Augustae Vindel.* 1521.

Extat in *Precatione ad Divam Virginem Hebraica per Jo. Boschenstain* illic edita in officina Sigism. Grym medici, ac Marci Wirsung. Libellus Wolfio ac Maschio ignotus, ac rarissimus, quem una cum ms. Chronicorum Fragmento nonnullisque aliis litterariis munusculis nuper ad me dono transmisit doctissimus de Murr Norimbergensis.

267 *Ruth Cant. Threni Eccle.* Sect. *Pent.*, ac *Proph.*, et *Psal.* occurrentes in Machazor in fol. sine anno et loco, sed Soncini sec. xv.

Editio hucusque ignota, eodem charactere curata, quo Soncinensis 1486, sed ab ea diversa. Curata est proculdubio Soncini paullo post eundem ann. 1486, eamque fusius describemus in novis *Annalibus hebraeo-typographicis*.

268 *Prov. Job Meghill.* cum vers. interlin. Pagn. 8. ex offic. Raphelengii 1614.

Volumen recensens Maschius pag. 155 Jobum omittit.

269 *Proverbia* et *Job* in 4. *Mantuae* 1720.

Anno 480 in domo socior. Isaaci Jara, et Jacobi Chaver tov. Ad calc. *opera Josue fil. Michaëlis Metzissi.* A Le-Longio ac Maschio praetermissa.

270 *Proverbia* et *Job* in 8. *Mantuae* 1779.

Ex Norziana recensione, ut editio 1725, et in typ. medici Eliez. Salomonis de Italia an. 539 per manus Abtalionis fil. Isaaci Aboab.

271. *Daniel Esdr. Neh.* cum interl. vers. Pagn. 8. ex offic. Raphel. 1611.

272 *Daniel* cum Comm. Alsek 4. *Venet.* 1592.

Per manus Jo. de Gara an. ושנ"ב. seu 352. Ad calc. *absol. mense Casleu anno 352.* Maschius, omisso ו prioris epigr., quod in supputationem assumi debet, aliam editionem pag. 148 effecit an. 346, Ch. 1586, quae non existit.



EDITIONES EXTERAE.

47 *Biblia Amstelod.* 8. 1732.
Ex Typ. Abrahami f. Raph. Ezech. Athiae an. 492. V. *Append. ad Biblioth. Masch.* p. 60.

48 *Bibl. Lips.* Reinecii 4. 1739.

49 *Biblia* Heb.-Lat. Houbigantii fol. *Parisiis* 1753 IV voll.
Apud Ant. Claud. Briasson et L. Durand. Habent textum sine punctis, Prolegomena, ac notas. Textum citamus ad Josue XXI 36, 37, ubi ab Hoogtiano recedit, notas saepissime sive ex Bibliis ipsis, sive ex repetita Francofurtensi Varentrappii editione 2 voll. in 4.

50 *Isaias Thessalon.* cum Comm. R. Salom. Levitae fol. min. an. 1600.
Sub tit. חשק שלמה, et cum textu sine punctis. V. Wolf. *Biblioth. Heb.* T. III p. 1046, Masch. p. 138, Doederlein *Praef. in Isaiam*, ex cujus collatione affertur. ב"ה pro compendio divini nominis sumendum, non anni, unde retineo an. 360, non 367, ut idem Doederleinius ac Maschius conjiciunt.

MSS. CODICES VERSIONUM ET INTERPRETUM.

Cod. 859 meae Biblioth. Onkelosi *Targum in Pentat.*, membr. german. cum punct. in 4. maj. an. 1264.
Ad calcem: *Ecce ego David filius R. Joseph scripsi hoc Targum in gratiam R. Salom. fil. Mosis an. 24 min. supput.*

870 Kimchii *Comm. in Prophetas priores*, membr. rabbin. in fol. min. an. 1328.
In fine: *Ego Avigador fil. Menachem sacerdotis descripsi, et perfeci Comm. hunc R. Dav. Kimchii in Prophetas priores in Josuam, Judices, Samuel, Reges, absolvique illum die* XX *mensis Sivan an. 5088 pro R. Menachem fil. praeceptoris mei R. Elchanan fil. Mescullam.*

Biblia Latina Vulg., codex membranaceus antiquissimus *Florentiae Biblioth. Laurentiana.*
Servabantur in Monasterio S. Salvat. Montis Amiatini conscriptaque sunt litteris majusc. V vel VI seculo. V. Le-Long. *Biblioth. sacr.* p. 235, Ang. Rocca *Append. Biblioth. Vatic.* p. 487, Bandinii *Descript.* in *Novis litter. Flor.* huj. anni, cujus humanitati debeo selectorum quorumdam locorum collationem. Josue VII 17 legit codex hic *per viros* contra Vulg. hodiernum, ac cap. XXI desunt bini celeb. versus Rubenitarum.

EMENDANDA.

In I vol. Proleg. p. XV lege *disjunctos ac remotos*, pag. XLVII post *Christianorum* adde *criticorum*, pag. LXXVII Clav. cod. 257 lege 357, p. LXXXVII ad cod. Kennic. 534 adde *ibid.*, p. CXLIV ad Bibl. Kenn. 1766 corr. 1776, p. CLIX in epigr. cod. Syri hexapl. *currenti* corr. *quinta*. Gen. X 5 בגויהם lege בגוידם, XVI 15 ילדה l. ילוו, Exod. VIII 21 *intactoque* adde *sensu*, X 9 in textu Lonzani מלה l. מלא, XXXIV 9 דנבנא pro דנבנא. Reliqua minoris momenti quae repererit, benigne lector emendet. Quamquam enim nos ipsi ter plagulas quaslibet imprimendas attente perlegamus ac corrigamus, fieri tamen nequit, ut auctoris diligentiam sua legentis nihil effugiat.

NUMERI, DEUTER., JOSUE, JUDICES, LIBRI SAMUELIS AC REGUM.

NUMERI

Cap. I 20 במספר *in numero* — פקדיו במספר *recensiti ejus in numero*, cod. Kenn. 80, 129, 150, et ex prima manu cod. mei 2, 10, 16, et quidem bini postremi etiam in Chaldaica paraphrasi. Kenn. 600 notat legi verbum פקדיו in cod. R. Menachem de Joanne, sed in libro R. Meirac reliquis libris desiderari. *Uti hic loci pauci codices addunt vocem* פקדיו, *ita v.* 22 *multi omittunt ex confusione locorum parallelorum*. Brunsius *De var. lect. Biblior. Kennic. in Repert. Orient.* T. XIII p. 39.

I 22 פקדיו *visitati ejus*, vel *recensiti*. Deest in Kenn. cod. 107, 152, 160, 232, 234, 249, 253, 383, 412, 595, 620, primo 543, in meis 518, primo 174, 419, 475, 669, in Bibliis Sonc. 1488, in Bibliis antiquis sine anno et loco, in Pent. Neap. 1491, in Lxx, Syro, et Targ. cod. mei 265, primo 419.

I 42 בני *Filii* Nephtali — לבני *Ex filiis*, Kenn. cod. 17, 109, 181, 189, 200, 387, nunc 225, ex meis 16, 444, primo 545, nunc 543, ex exteris meae collationis 45. Concinunt Sam. T., Lxx, Vulgat., Arabs, Targ. mss. meorum 5, et 16, et Analogia. Lectionem hanc praefert Houbigantius.

I 44 אבתיו *patrum ejus* — אבתם *patrum eorum*, cod. Kenn. 95, meus 404, uterque prima manu, Samar. T., Targ. cod. meorum 404, 766, et ms. Alex. Lxx. Coptus ⲛ̀ⲧⲉⲛ̀ⲟⲩⲙⲁⲛϣⲱⲡⲓ *familiarum eorum*.


I 47 בתוכם *in medio eorum*. Cod. meus 669 primo בתך בני ישראל *in medio filiorum Israel*. Lxx ἐν τοῖς ὑιοῖς Ἰσραήλ.

I 54 ככל אשר *secundum omnia quae* — כאשר *sicut*, cod. Kennic. 196, et Syrus.

II 7 מטה *Tribus* — ומטה *Et tribus*, cod. Kenn. 14, 84, primo 177, ex meis 532, primo 230, Sam., Lxx, Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 230. *Melius*, inquit Houbigantius *Not. crit.* in h. l. p. 151, *nam ea indoles est enumerationum hebraicarum, nec omittitur* ו *in simili serie v.* 14, 22, *et* 29.

II 13 ופקדיהם *et praefecti eorum* — ופקדיו *et praefecti ejus*, cod. Kenn. 132, meus 419 nunc in textu et Targ., Sam. T., Vulg., Syrus, Arabs, Analogia. Lxx suffixum non exprimunt.

II 14 רעואל *Rehuel* — דעואל *Dehuel*, cod. Kenn. 1, 81, 155, 193, 225, 298, 324, 356, 367, 379 et A, 380, 382, 387, 405, 418, 433, 436, 438, 450, 478, 507, 513, 536, 538, 541, 559, 567, 569, 593, 602, primo 84, 95, 107, 150, 168, 178, 181, 196, 206, 225, 226, 248, 320, 335, 368, 369, 383, 384, 390, 428, 471, 481, 489, 528, 529, 532, 592, 595, 606, 607, 608, 610, 620,



624, forte 139, 185, 227, 239, 439, 488, 571, 575, 643, 646. *Resc* sup. ras. habent 150, 169, 342, 343, 427, angulum ejusd. abrasum 518, 527. Ita videtur 474. Accedunt ex meis 13, 18, 223, 230, 274, 293, 296, 384, 467, 475, 503, 532, 611, 627, 668, 678, 766, 789, primo 10, 11, 12, 16, 185, 196, 197, 233, 265, 419, 479, 554, 555, 604, 649, 656, 674, 695, nec aliter videntur prima manu legisse 264, 440. Dubius est 413. Lectionem hanc sequuntur ex exteris codicibus meae collationis 45, prima manu 1, Biblia Sonc. 1488, Pent. antiquus in 4. sec. xv, Pent. antiquus Germanicus in fol., Sam. T., Vulgat., Jonathan, Onkelosus in cod. meis mss. 230, 345, 543, 766, prima manu in 10, 265, 419, Arabs in communi textu Parisiensi, nam CPolitanus legit *Rehuel*. Cap. I 14 Eliasaph dicitur filius Dehuel, hocque idem repetitur cap. X 20. Auctor libri *Masoreth* cod. mei ms. 810 notat Eliasaph fuisse proselytum, et antequam proselytus fieret, appellatum fuisse filium Rehuel, postea fil. Dehuel.

II 19 ופקדיהם *et numerati eorum* — ופקדיו *et numerati ejus*, cod. Kenn. 152, meus 12 primo, Sam. T., et Analogia, quam Versiones omnes sequuntur, uno Chaldaeo excepto, etsi sing. suffixum latina ejus versio habeat. Idem cit. cod. Kenn. 152, Sam. T., ac Versiones vers. 21, 28, 30.

II 34 על בית *super familia* — לבית *juxta familiam*, cod. Ken. 1, 69, mei 17, primo 18, cod. Sam. 63, faventque Lxx, ac Vulgatus. Kenn. cod. 75, 199 ולבית.

III 2 אליעזר *Eliezer*. Copulam praeponunt cod. Kennic. 18, 129, 152, 181, ex meis 543, primo 12, 419, 683, Vulg., ms. Alex. Lxx, Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 16, 419, 543, 549, primo 12.

III 3 אלה *Haec* — ואלה *Atque haec*, cod. Kenn. 84, 150, 157, 199, 225, primo 95, 107, forte 14, cod. mei 440, 766, primo 16, 230, 245, 250, 262, 340, 404, 419, 507, 562, 592, 669, nunc 789. Concinit cod. Sam. 127, Syrus, Coptus, Targ. cod. meorum 16, 404, 555, 562, 592, 656, primo 230, 264, 419, et Targ. Pent. Sorae an. 1490.

III 4 לפני יהוה *coram Domino*. Verba haec priori loco omittit codex Kenn. 107, Sam. T., Vulg. *Sam. cum Vulg. non habent* coram Domino, *et videtur superfluum*. Morin. *Opusc. Hebr. Sam.* pag. 61.

III 9 לו *ei* — לי *mihi*, cod. mei 296, 503, 532, primo 10, 16, 18, 230, 250, 443, 479, 543, ex exteris meae collat. primo 103, Sam., Lxx, Targ. cod. meorum 10, 543, primo 649, nunc 230, locus parallel. VIII 16. Cod. meus 853 לי. Silent hic codices Kenn.

III 12 מבני *ex filiis* — בבני *in filiis*, vel inter filios, Kennic. cod. 1, 158, 160, 185, 191, 198, 389 E, primo 5, 107, 152, nunc 150, quibus addendus 576, ex meis 17, 19, 240, 444, 562, 661, 678, primo 6, 9, 14, 18, 185, 230, 479, 554, 649, 721, 754, ex exteris 38, et 50, sed hic, ut videtur, secunda manu. Alia exemplaria legere בבני notat margo cod. mei 12, et exter. 1, hancque lectionem sequitur Sa-

mar. T., Vulg., Targ. mss. meorum 6, 9, 230, 264, 345, ac vers. 45. Pentateuchus tamen Jerichuntinus, ut monet margo cod. mei 265, praefert lect. מבני, nec in accuratis mss. haberi בבני testatur corrector 721. Ibid. כל רחם *omnem vulvam*, cod. Ken. 75, 136, primo 196, Syrus, Targ. cod. mei 16, 264.

III 16 צוה *jussus fuerat* — צוה יהוה *jusserat Dominus*, cod. Ken. 111, 252, Lxx, Vulg., et anon. Graecus interpres antiquus in Montfauc. *Hexaplis*. Active cod. meus 18. V. 17 קהת Ken. 152, Sam., Lxx.

III 19 חברון *Chebron* — וחברון *et Chebron*, cod. Kennic. 1, 4, 5, 14, 17, 18, 69, 75, 89, 108, 109, 110, 132, 150, 189, 196, 200, 237, 239, 244, primo 6, 103, 107, 111, 227, cod. mei 6, 14, 15, 16, 19, 187, 197, 250, 274, 455, 500, 503, 507, 532, 549, 555, 627, 678, 699, primo 18, 265, 296, 384, 443, 479, 518, 562, 592, 649, 668, nunc 10, 419. Margo Kenn. cod. 600 testatur in cod. Babylonico legi *et Chebron*, sed in antiquo alio exemplari *Chebron*. Nexum exprimit Syrus, Arabs Paris., ac CPol., Versio Persica Tawosi, Targ. Jonathanis. Quamquam porro Onkelosi textus, ut impressus est in Londin. Polyglottis, copula destituatur nec accurate eam legat latina versio, illam tamen plures sive mss., sive editi Onkelosi codices referunt. Ex mss. sic legentes produco cod. meos 6, 8, 9, 10, 16, 230, 404, 455, 500, 549, 592, 649, 859, primo 265, 345, ex editis Targ. Pent. Ulyssip. 1491, Pent. antiqui in fol. sine an. et loco, triplicis Pent. CPol. 1505, 1522, 1546, Thessal. 1516, Antwerpiense demum Bibliorum Polyglottorum.

III 20 למשפחתם *juxta familias suas*. Deest in Kennic. cod. 17, 80, 109, 129, 132, 150, 152, 155, 193, 247, in meis 539, primo 2, 12, 16, 264, 529, 555, 592, 649. Semiabrasum in 185. 223 notat ad marg. אין כאן למשפחתם באספמי' *Non reperitur hic vocabulum* juxta familias suas *in hispanicis codicibus*. Hoc idem bini alii ex meis codicibus confirmant, 604, 721, et margo Kenn. cod. 600 fert in cod. R. G., seu Gersonis verbum istud fuisse deletum. Contra tamen fidem Samar. T. et antiquorum omnium interpretum, uno Vulgato excepto, et Targ. nonnullorum meorum codicum, ut 592, primo 12, 555, 649, in quibus omittitur.

III 23 משפחת *Familiae* — משפחת *Familia*, cod. meus 17, et Syrus. Ita Sam. Versio צבך, ex qua patet Samaritanos in sing. hic sacrum contextum efferre. Hanc eandem variationem iidem fontes retinent vers. 29, 30, 35.

III 25 מכסהו *operimentum ejus* — ומכסהו *et operimentum ejus*, cod. meus 555, 592, primo 264, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. mss. meorum 264, primo 419.

III 28 במספר *Juxta numerum* — ופקדיהם במספר *Et recensiti eorum juxta numerum*, cod. Kenn. 111, et Syrus. Ita legit Houbig. in h. l.

III 38 ואהרן *et Aaron* — אהרן *Aaron*, cod. Kenn. 4, 102, 107, 129, 153, 181, 199, ex meis prima manu 257, 443, 649, 669, nunc 230, Biblia Sonc. 1488, Sam. T., et Targ. mss. meorum 5, 592, 649. Sic ad marg. cod. Kenn. 600.

Ibid. שמרים *custodientes* — שמרי *custodes*, cod. Kenn. 4, 84, 150, primo mei 17, 265, Sam. T.

III 39 ואהרן *et Aaron*. Deest in Ken. cod. 1, 193, 226, 439, 489, 610, 612, 624, et ex prima manu in meis 2, et 185. Ex exteris meae collat. non legit 47, illudque secunda manus exulare jubet in 50. Tandem non legit Sam. T., Syrus, Coptus. *Non habet id vocabulum Samar. codex, nec Syrus; quod cum omittunt, consentiunt cum vers. 5, in quo jubetur Moyses, non Aaron, censum habere Levitarum, item cum versibus* 11, 40, *et* 44, *in quibus Mosen Deus alloquitur solum, postremo cum versu* 51, *quem vide. Credo equidem ex superiori versu fuisse* ואהרן *perperam huc allatum, postea id punctis supernis fuisse ut nunc est, animadversum, eo ut notaretur inesse mendosam, ac superfluam scripturam*. Houbig. *Not. crit.* in h. l. Conf. Kennic. *Dissert.* I *super rat. Text. H.* p. 394.

III 48 פדויי *redemptiones* — פדוי *redemptionem*, cod. Kenn. 69, 81, 109, 225, mei primo 2, 440, 479, Sam., binis exceptis mss. 65, 127, Vulg., Syrus, Arabs. Idem III 49, Kenn. cod. 170, 225, meus 265, primo 2, Samar. T., except. cod. 127, Lxx, Syrus.

IV 1 ואל אהרן *et ad Aaron*. Desiderantur in Kennic. cod. 18, 109, 150, 177, 181, 244, 294, in meis ex prima manu 10, 419, 443, in Targ. cod. mei 656. Favet analogia, quia continuatur oratio in sing. ad solum Mosem, et de Aarone, ut de tertia vel absente persona disseritur: ובא אהרן *et veniet Aaron*. Desunt etiam haec verba in Targ. Hierosolymitano. Samar. tamen textus ac Versiones reliquae illa legunt, et margo Kenn. cod. 600 monet legi in antiquo ms. exemplari, item in hispanico, et babylonico, quorum consensionem venerari se testatur Brunsius *De var. Lect. Kenn.* p. 41.

IV 6 ופרשו *et expandent* — ופרשו עליו *et expandent super illam*, Ken. cod. 18, 104, Samar., Lxx, Jonathan. Sed additamentum hoc in contextu redundat.

IV 8 עליהם *super iis* — עליו *super ea*, Kennic. cod. 84, primo 80, nunc 3, cod. mei 264, 592, primo 230, 766, Lxx, Syrus, Arabs, Onkelosus in cod. meis 264, 419, 549, 766. Ita etiam subintelligit Vulgatus.

IV 14 את המזלגת *tridentes* — ואת *et tridentes*, Kenn. codices 1, 9, 17, 18, 19, 89, 94, 95, 99, 104, 107, 109, 110, 111, 129, 150, 152, 160, 185, 191, 196, 199, 200, 225, 226, 247, 248, 252, 389 B, 602, 603, 605, primo 82, 168, nunc 384 ex collatione Schellingii, cod. mei 5, 10, 16, 174, 197, 248, 251, 257, 274, 293, 296, 384, 500, 503, 507, 529, 537, 539, 543, 549, 554, 555, 592, 611, 649, 669, 678, 716, 745, 766, primo 2, 12, 14, 18, 219, 230, 233, 419, 443, 479, 656, 665, 699, nunc 264, 440, 789, ad marg. 223, Samar., ac Versiones omnes antiquae, etiam Chaldaica utraque Onkelosi ac Jonathanis.

IV 15 כל כלי *omnia vasa*. Vocab. כל *omnia* omittit cod. Ken. 181, meus 18 primo, ac Samar. T.. Sed octo mss. Sam., Sam. Versio, ac reliquae Versiones antiquae illud legunt.

IV 19 וזאת *Et hoc* — זאת *Hoc*, Ken. cod. 18, 84, 173, 181, meus 503, et ex 1 manu, ut videtur, 18, Sam., Lxx.

Ibid. בגשתם את קדש *quum appropinquabunt Sanctum sanctorum* — אל קדש *quum appropinquabunt ad Sanctum sanctorum*, Kenn. cod. 80, 89, 108, 129, 144, 177, 181, 189, 193, 200, 225, 601, 602, 603, primo 107, cod. mei 14, 16, 18, 197, 248, 304, 476, 495, 503, 562, 649, 656, 678, primo 10, 12, 230, 265, 419, 443, 683, Sam., Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs. *Lege* אל *cum Sam. cod.*, inquit Houbigantius in h. l., *non* את. *Nam verbum* נגש *nusquam legitur cum praepos.* את *sociatum*. Ac margo cod. Kenn. 600 notat in hispano ms. codice, et in antiquo exemplari legi אל *ad*. Contra bini mei codices 264, 440 testantur in cod. correcto haberi את, 850 vero in hoc vocabulo a scribis errari. Quod fieri notat Norzius, propterea quod conjiciatur את stare pro אל.

Ibid. איש איש *quilibet vir* — איש *vir*, cod. mei 12, 562, uterque primo, ac Samar. T.

Ibid. ואל משאו *et ad onus suum* — ועל משאו *et super onere suo*, Ken. cod. 4, 75, 80, 89, 199, 200, 251, 253, 600, primo 95, 128, cod. mei 384, 503, primo 1, 14, 262, 264, 296, 440, 507, 535, 543, 656, 668, 683, 699, nunc 16, qui auctoritate fulciuntur Sam. T.. Multi codices Targumici lectionem hanc contextui conformiorem sectantur, legentes ועל מטולה, ut cod. meus 5, 6, 10, 11, 16, 265, 404, 419, 455, 476, 543, 562, 656, 766, et Targ. impressum Pent. Bonon. 1482, et Pent. antiqui memb. in fol. sine an. et loco.

IV 23 עד בן *usque ad filium* — ועד *et usque ad filium*, Kenn. codices 1, 5, 69, 75, 129, 150, 157, 181, 190, 193, 196, 200, 227, cod. mei 6, 15, 174, 230, 251, 529, 532, 678, 766, 789, primo 262, 265, 296, 419, 479, 495, 649, 668, exter. 103 prima manu, Samar. T., Jonath., Onkel. in mss. meis 419, 549, 649, 766, nunc 230.

IV 28 משפחת *familiarum*. Deest in Kenn. cod. 84, 132, in meo 18 primo, et Lxx. In sing. cod. meus 17, Vulg., Syrus, et Sam. Interpres.

IV 32 כלי *vasa* — כל כלי *cuncta vasa*, cod. Kenn. 157 ad marg., meus 419 prima manu, Sam., Lxx, Arabs, Targ. mss. meorum 16, primo 419.

IV 33 משפחת *familiae* in sing. cod. meus 17, Lxx, Vulg., Syrus, ac Samar. interpres, quod idem faciunt v. 41, 42. V. 34 לבית Kenn. cod. 1, 80, 150, 185, ex meis 265 primo, Samar., Lxx, Syrus, Arabs.

IV 36 שבע מאות *septingenti* — ושבע *et septingenti*, Kenn. cod. 9, 69, 80, 84, 181, 199, primo 168, cod. mei 250, 649, nunc 16, 174, 555, Samar., Syrus, Arabs communis, Arabs Mauritanus, Persa, Jonathan, Onkelosus in mss. meis 6, 10, 11, 16, 476, 543, 555, 549, 649, 656, 766, 859, primo 419, et in antiquis nonnullis editionibus Pentateuchi, Sorae 1490, Antiqui membr. in fol., Thessalon. 1516, CPol. 1547. Non aliter legendum juxta Houbigantium, qui statuit nefas esse abesse nexum in transitu numerorum millenorum ad centenos.

IV 38 ולבית *et per domum* — לבית *per domum*, Kennic. cod. 9, 75, 80, 84, 109, 111, ex meis primo 19, 262, 669, nunc 555, Samar., Lxx, Syrus, Persa, Targ. cod. mei 265

prima manu. Mendosa latina versio Syri.

IV 40 לבית אבתם *per domum patrum suorum*. Omissa in Kenn. cod. 18, 132, 144, 193, 248, deleta in meo 669, nec legunt Vulgat., Arabs, Targ. cod. mei 656. ולבית Kenn. 69, 200, 223, ex meis 174, 467, 503, 678, primo 668, nunc 16. Iterum mendosa hic latina versio Syri et Chaldaei.

IV 41 על פי יהוה *juxta verbum Domini*. Addunt ביד משה *per manum Mosis* Kennic. codex 80, primo meus 649 tum in textu, tum in Targum, Lxx, et Jonathan.

IV 46 ולבית *et per familiam*. Nexum omittunt Kenn. cod. 4, 9, 95, 168, Samar., Syrus, ms. Alex. Lxx.

IV 47 הבא *veniens* — הבא לצבא *veniens ad exercitum*, cod. Ken. 69, meus 250 primo, Syrus.

IV 49 אשר *quos* — כאשר *sicut*, cod. Kenn. 251, Sam., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs. Ita legendum conjiciunt scribae.

V 3 עד נקבה *usque ad faeminam* — ועד *et usque ad faeminam*, Kenn. cod. 9, 15, 69, 75, 84, 109, 129, 150, 157, 193, 199, 223, 253, 615, primo 168, cod. mei 174, 455, 503, 532, 555, 611, primo 3, 14, 419, 649, Samar. T., quatuor exceptis mss. cod., Targ. Jonath., Targ. Onkel. in cod. meis 6, 11, 248, 455, 476, 549, 555, 649, primo 419.

V 9 יקריבו *offerent*. Bibl. Rabb. Amstelod. 1724, et Norzii 1742 legunt יקריב *offeret*, non ex codicum auctoritate, sed ex typogr. oscitantia.

Ibid. לכהן *sacerdoti* — ליהוה לכהן *Domino, sacerdoti*, cod. Kenn. 184, meus 518 nunc, et Lxx.

V 10 יהיו *erunt* — יהיה *erit*, Ken. cod. 150, 181, 252, primo 84, 106, 132, forte 95, 125. Accedunt ex meis 766, prima manu 9, 16, 250, 419, 479, 656, 754, Sam. T., Targ. meorum cod. 10, 16, 264, 404, 419, 549, 656, 859, nunc 555. Sed analogia favet communi lectioni, et antiquae Vers. in plur. vertunt.

Ibid. איש *vir* — ואיש *et vir*, Kenn. cod. 4, 75, 80, 84, 109, 129, 152, 153, 196, 601, 602, 603, ex meis primo 1, 248, ex secunda manu 543, sed rursus deletum, Biblia Sonc. 1488, Sam., Lxx, Syrus, Targ. cod. mei 8, 16, 543, 549, 555, 656, primo 248, et Targ. Ulyssip. 1491, Thess. 1516, ac CPolit. quadruplex, 1505, 1522, 1546, 1547.

V 15 עליו 1° *super eum* — עליה *super eam*, Kenn. cod. 173, 199, primo 9, 128, 189, cod. mei 611, primo 5, 262, 543, 649, Sam. T., Targ. cod. mei 419, ac Vers. omnes analogiam secutae.

Ibid. עליו 2° *super eum* — עליה *super eam*, Kennic. cod. 199, cod. mei 611, primo 18, 419, 543, 649, 656, Samar. T., Analogia.

V 23 אל מי *ad aquas* — את מי *cum aquis*, Kenn. cod. 14, 100, meus 17, 649, Vulgat., Syrus.

VI 5 נדר *voti*. Deest in cod. meis 18, 699, 872, omnibus prima manu, in Sam. cod. 61, Vulgato, et Lxx juxta cod. Vatic.. Nam cod. Alexandr. habet. Habet et Syrus, unde oscitanter in latina ejus versione omissum.

VI 21 נדרו *votum suum* — נזרו *separationem suam*, Kenn. cod. 4, 84, 109, 129, 150, 200, primo 177, forte 102, cod. mei 4, 10, 16, 17,

419, 444, 479, 532, 549, primo 19, 185, 262, 592, et ut videtur, 223, quibus suffragatur Pentat. Sorae 1490, Pent. antiq. memb. in 4. sec. xv, Targ. cod. mei 656.

VII 5 אל הלוים *ad levitas* — ללוים *levitis*, cod. Kenn. 17, meus 16, 197, et bini Pent. Sabion. 1557, et 1558 ad marg.

VII 7 את שתי *duo* — ואת *et duo*, cod. Kenn. 80, cod. mei 503, primo 296, 419, 562, 668, Lxx, et Targ. cod. meorum 419, 562 ex prima manu.

VII 16 שעיר *Hircum* — ושעיר *Hircumque*, Kenn. cod. 17, Sam., Lxx., Vulgatus, Syrus, Arabs.

VII 22 et 28 שעיר *Hircum*. Copulam praeponit Kenn. cod. 109, Samar., Lxx, Vulg., Syrus. Idem cum commem. fontibus Ken. 80 v. 46, 58, et meus 597 v. 76.

VIII 4 עד פרחה *usque ad florem ejus* — ועד *et usque ad florem ejus*, Ken. cod. 18, 69, 75, 84, 158, 198, 248, cod. mei 503, 507, primo 12, 16, 262, 405, 419, 656, 668, nunc 555, Samar. T., Jonath., Onkelosus in cod. meis 16, 549, 649, 656, primo 11, 419, 555. Melius, judice Houbigantio.

VIII 13 ליהוה *Domino* — לפני יהוה *coram Domino*, Kenn. cod. 69, 80, 109, 129, 132, 150, 181, 223, 243, 253, primo 75, forte 199, abras. 6, inversum 17, cod. mei 4, 17, 319, 384, 467, primo 2, 10, 187, 262, 414, 475, 479, 507, 543, 668, 669, exter. 1, Lxx, Onkelos., Jonathan, Arabs Mauritanus. Ita in nonnullis hispan. codicibus legi notat margo Kenn. 600, hancque lectionem masorethicae anteponit Neidhart *Observat. crit. in varias Lectiones cod. Helmst.* pag. 14.

VIII 15 אהל *tabernaculo* — עבדת אהל *cultui tabernaculi*, Kennic. cod. 6, 199, prima manu mei 404, 476, Samar. T., Lxx, Targ. cod. mei 476.

VIII 16 בכור כל *primogenito omni* — בכור *primogenito*, Kennic. cod. 69, 80, 84, ex meis primo 223, nunc 649, Samar. T., Vulgatus.

Ibid. מבני *ex filiis* — בבני *in filiis*, Kenn. cod. 69, 84, 158, utrumque 196, cod. mei 16, 250, 419, 555, 656, primo, 5, 6, 230, 296, 543, 668, ad marg. 223, Vulgat., Syrus, Targ. cod. meorum 230, 419, 543, 656, primo 555. Scriba Kennic. cod. 600 notat codicem babylonicum legere בבני, sed se reperisse in hispanico מבני. Cod. meus 185 monet ad marg. cum ב legi in Maphteach, et 754 alios codices habere בבני, sed mendose. 549, et ex prima manu 404 בני *filiorum*.

IX 3 בחדש *in mense* — לחדש *mensis*, Kennic. cod. 17, 80, 84, 129, 158, 181, 389 A, cod. mei 248, 257, 262, 378, 405, 543, 549, 648, 656, 802, 814, primo 15, 250, 264, 319, 766, et ut videtur, 18, nunc 683, 853, Machaz. Sonc. 1486, Machaz. aliud Soncin. sec. xv, Lxx, Vulg., Persa analogiam secuti. Syrus, Onkelosus, Jonathan legunt *in mense*, non *mensis*, ut mendose habet latina eorum interpretatio. Sed in genit. legit Onkelosus in mss. meis 5, 9, 11, 230, 248, 264, 549, 562, 656, 766, 859, primo 12, et in editione Sorae 1490.

Ibid. 10 תעשו *facietis* — יעשו *facient*, Kenn. cod. 181, primo 5, ex meis 10, nunc 419, 656, Samar. T.,

1486, item cod. Kennic. 174, 180, 253, quibus in Kenn. Bibliis tribuitur lectio והיה. Unde falso notat Kenn. Biblia Sonc. legere ויהי. Bibl. Pisaur. 1517, et Prophetae Pisaur. 1511 utriusque editionis habent ויהיו cum punctis futuri.

XIX 41 ועיר *et civitas* — ועין *et fons*, cod. Kennic. 145, 195, 246, 253, primo 130, mei 440, 554, nunc 319, 663, 701, Biblia Sonc., Brix. 1494, Antiqua sine an. et loco, Pisaurensia 1517, Proph. prior. Sonc. 1486, Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, Pisaur. cum Comm. Abarb. ejusdem anni, Thessalonic. an. 1535, et Arabs. Alii codices legunt ובית *et domus*, ut Kenn. 154, 168, mei 13, primo 211, nunc 187.

XIX 42 ושעלבין *Et Sahalabbin* — ושעלבים *Et Sahalabbim*, cod. Ken. 70, 253, mei primo 211, 596, nunc 545, Biblia Sonc., Pisaur. 1517, Prophetae prior. Sonc. 1486, Pisaur. utrique 1511, Thessalonicenses 1535.

XIX 46 עם הגבול *cum termino* — עד *usque ad terminum*, cod. Ken. 224, et Syrus. Melius judice Lilienthalio in not. ad eundem codicem.

XX 4 מהערים *ex urbibus* — הערים *urbium*, cod. Kenn. 182, meus 226, Lxx, Vulgatus.

XX 8 גד *Gad* — דן *Dan*, Biblia Sonc., Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, Pisaur. cum Comm. Abarb. circa eundem annum. Prava lectio, quam nullus cod., nullaque antiqua versio habet.

XXI 16 את בית שמש *Beth-semes* — ואת *et Beth-semes*, Kenn. cod. 4, 20, 30, 77, 86, 89, 93, 100, 102, 112, 113, 150, 182, 187, 195, 224, 225, 226, 227, 228, 240, 253, 601, primo 102, 128, 130, 158, 168, et ex Bibliis Hal. 375, cod. mei 1, 2, 3, 20, 174, 196, 210, 226, 305, 346, 539, 545, 554, 596, 663, 667, 688, 701, 716, 737, 744, 789, primo 21, 211, 335, 440, 782, nunc 413, 765, Biblia Soncin. 1488, Brixiensia 1494, Pisaurensia 1517, bina Veneta 1518, Veneta 1521, Ven. 1525-28, Ven. 1533, tria Basil. Munst. 1534, 1536, 1546, Veneta 1544, Ven. 4. 1551, Ven. 1563, Ven. 1566, Plantiniana triplicis formae in 4., 8. et 16. 1566, Veneta 8. 1572, Hamburgensia Hutteri, Hartmanniana 4. 1595, Quadrilinguia Wolderi, Raphelengii sine punctis 1610, Ven. 4. 1613, Veneta 12. 1615, Genevensia 16. 1618, Veneta 1627, Veneta 1635, Veneta Lombrosi 1639, Amstelodam. 1639, Veneta 1647, Nisseliana 1662, Veneta 1678, Ven. 1690, Ven. 1730, Ven. 1766, Prophetae priores Soncin. 1486, iidem Pisaur. cum Com. Kimchii 1511, iidem cum Comm. Abarb. 1511, iidem Lips. cum Comm. Abarb. 1686, Josue cum Comm. Ven. 1609, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 737. Cod. Kenn. 30, meus 716, Vulg. legunt vers. 17 בני *filiorum Biniamin*.

XXI 18 את ענתות *Anathoth* — ואת *Et Anathoth*, cod. Kenn. 2, 89, 93, 94, 174, 182, 246, primo 3, 130, 168, mei 1, 2, 13, 346, 413, 509, 554, 667, 716, 744, primo 20, 226, 335, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 737. Mendose inter fontes variae hujus lectionis citat Kenn. Biblia Brixiensia, quae conjunctione destituuntur.

Ibid. ואת עלמון *et Halmon* — את *Halmon*, Kenn. cod. 253, 602, sed hic primo in Bibliis Halens., mei 174, nunc 545, Biblia Sonc., Biblia Brix., Pisaurensia 1517, Ven. utraque 1518, Veneta 1521, Basileensia tria 1534, 1536, 1546, Hartmanniana 4. 1595, Prophetae priores Sonc. 1486, ac Pisaurenses utrique an. 1511. In latina vers. Chald. perperam copula omittitur.

XXI 23 את גבתון *Ghibbeton* — ואת *et Ghibbeton*, Kenn. cod. 2, 3, 30, 70, 89, 100, 101, 114, 174, 182, 224, 246, primo 128, 130, 168, mei 346, 518, 627, 716, 737, primo 2, 211, 249, 440, 554, 688, 789, nunc 413, Biblia Sonc., Pisaurensia 1517, Veneta bina 1518, Munsteri tria 1534, 1536, 1546, Prophetae priores Sonc. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, Pisaur. cum Comm. Abarb. ejusdem anni, Thessalon. 1535, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 737, ac Targ. Leir. 1494.

XXI 24 את אילון *Ajalon* — ואת *Et Ajalon*, cod. Kennic. 89, 150, 240, mei 346, 701, primo 20, 688, nunc 440, Biblia Sonc., Bibl. Pisaur. 1517, Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaur. cum Comm. Kimchii 1511, Pisaurens. cum Comm. Abarb. 1511, Thessalon. 1535, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs. In lat. Syri et Arabis versione male omissa conjunctio.

XXI 29 את עין *Hen Ganim* — ואת *et Hen Ganim*, Kennic. cod. 2, 30, 100, 145, 150, 154, 182, 224, 226, primo 128, 130, 168, 252, mei 196, 305, 346, 554, 627, 827, primo 440, 663, 688, 716, nunc 20, 701, 765, Biblia Pisaur. 1517, Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, iidem cum Comm. Abarb., Lxx, Vulg., Syrus, Arabs.

XXI 31 את חלקת *Chelkath* — ואת *et Chelkath*, Kennic. cod. 150, 249, 253, primo 128, prima manu mei 21, 663, 688, Biblia Sonc., Pisaur. 1517, Prophetae priores Sonc., ac Pisaurenses utrique 1511, Lxx, Vulg., Syrus, Arabs, Targ. cod. mei 737.

XXI 34 את קרתה *Kartha* — ואת *et Kartha*, Kenn. cod. 1, 2, 77, 93, 145, 150, 154, 198, 224, 226, 228, 240, 253, primo 3, 130, 168, cod. mei 2, 3, 304, 346, 512, 545, 596, 688, primo 21, 211, 575, 789, 827, nunc 196, 663, Biblia Sonc., Brixiensia, Pisaurensia, Veneta bina 1518, Munst. tria 1534, 1536, 1546, Nissel. 1663, Proph. prior. Sonc. 1486, Leir. 1494, Pisaur. cum Com. Kimchii 1511, Pisaur. cum Comm. Abarb., Thessalon. 1535, Vulg., Chaldaeus, Syrus, Arabs. Mendose hic Biblia Kenn. in notis ואת pro את.

XXI 35 : נהלל ואת מגרשה ערים ארבע *Nahalal et suburbana ejus, civitates quatuor*. Plurimi codices sive mss., sive editi, addunt hic post v. 35, recensitasque quatuor urbes de tribu Zabulon, binos sequentes versus, qui quatuor Rubenitarum urbes enumerant.

36 וממטה ראובן את בצר ואת מגרשה
ואת יהצה ואת מגרשה:
37 את קדמות ואת מגרשה את מיפעת
ואת מגרשה ערים ארבע:

36 *Et de tribu Ruben Betzer et suburb. ejus, et Jatza et suburbana ejus.*
37 *Kedemoth, et suburbana ejus, Mephahath et suburbana ejus, civitates quatuor.*

Ita Kenn. cod. 3, 67, 77, 85 bis, 90, 101, 128, 130, 150, 160, 172, 175, 187, 204, 205, 209, 210, 228, 246, 249, 250, 253, 254, 307, 309, 310, 318, 320, 321, 330, 337, 350, 355, 356, 359, 360, 366, 403, 421, 471, 473, 474, 505, 530, 543, 559, 560, 562, 575, 587, 590, 596, 597, 598, 601, 606, 607, 614, 640, 642, ad marg. 93, 251, 252, 296, 322, 506, 540, cod. mei 2, 20, 196, 211, 305, 335, 413, 440, 576, 663, 716, primo 4, 744, nunc seu ad marg. 575, 596, exter. meae coll. 1, 2, 17, 29, 58, 67, primo 23, ad marg. 38, 103. Kennicottiani aliquot, ut 421, 471, 473, 474, aliique iteratis curis a me etiam in hoc loco collati sunt. Accedunt ex editis Biblia Sonc. 1488, Brix. 1494, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Polyglotta Complut., Ven. bina an. 1518, Veneta 1521, Veneta 1525–28, Veneta 1533, Basileensia Munsteri tria 1534, 1536, 1546, Parisiensia bina Rob. Stephani, Veneta 1551, Ven. 1563, Plantin. tria, seu tripl. formae 1566, Ven. 1566, Polyglotta Antwerp., Plantin. fol. 1571, Veneta 8. 1572, Antwerp. sine punctis 1573, Polyglotta Sanctandr. 1586, Hamburgens. Hutteri 1587, Witterbergensia 4. ejusdem anni, Hartmanniana 4. 1595, Quadrilinguia Wolderi, Genevensia 1609, Rapheleng. sine punctis 1610, Veneta 4. 1613, Plantiniana cum vers. interlin. 8. 1613, Veneta 12. 1615, Genevensia tripl. diversae formae 1618, Ven. Rabbinica 1618, Rabb. Buxtorfii 1619, Veneta 1627, Amstelodam. Menassè b. Israel 1635, Veneta 12. 1635, Ven. Lombrosi 1639, Amstelod. Jansonii 1639, Polyglotta Parisiensia, Ven. 1647, Polyglotta Londinensia, Lipsiensia Hebr.-Lat. 1657, Nisseliana 1662, Amstelodamensia Torresii utraque cum Com. et sine Comm. 1705, Halensia Mich. 1720, Amstel. 1732, Reinecii bina in 4. et 12. 1739, Zullichov. 1741 uncinis inclus., Viennensia 1743, Simonis 1752, Reinecii 1756, Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, Pisaurens. cum Comm. Abarb. 1511, Lipsienses cum Abarb. 1686, Proph. et Agiogr. sub tit. *Maghid* 12. 1699, Prophetae et Agiogr. sub eodem titulo 4. Sulsbac. 1769, Josue cum Comm. Ven. 1609. Produxi inter editiones etiam Bibl. Veneta in 8. an. 1572, quae sunt Joh. de Gara, ex volumine priorum Prophetarum, quod apud me extat, unde inadvertenter ac falso notat Maschius *Biblioth. sacr.* T. I p. 30 hos versus in illis desiderari, nisi extent, quod verosimile non est, exempla, in quibus desiderentur. Hucusque producti codices et editiones bina haec commata referunt, ut ea nos expressimus, cum iisque consentiunt Syrus, Chaldaeus, et Arabs, paucique codices aetate Kimchii, ab eo producti ad Josue xxI 7.

In aliis codicibus paullo aliter quoad primum versum ejusque initium leguntur. Nonnulli habent: וממטה ראובן את עיר מקלט הרצח את בצר *Et de tribu Ruben civitatem refugii homicidae Betzer et suburbana ejus* etc., ut Kennic. 2, 30, 82, 113, 145, 149, 168, 242, 375, 541, 612, ad margin. 476, 531, ex meis 346, 737, pri-

mo 545, Bibl. Ven. 1678, Ven. 1690, Ven. 1702, Ven. 1730, Veneta 1739 Veneta 1766, Pisana 1781, et Targum cod. mei 737. Editio 1690 notat praeterea ad marg. sectionem hanc hoc modo legi debere, ut scripta extat in mss. codicibus hispanicis. Quibus pleniora sunt ac luculentiora, quae adnotant edit. 1678, 1730, 1739: *Sectio haec* Et de tribu Ruben *ita reperitur in Bibliis mss. hispan. an.* 268 *correctissimis, ex quibus multas nos emendationes instituimus, sicque videtur, quia sine iis quatuor urbes deficerent; quod vero scripsit Kimchius, non probat*. Ac Kennicottus controversa verba genuina esse atque olim hic lecta ex Graeca versione, ac vers. 7, 8 antecedentis capitis valde probabile opinatur *Diss. I sup. rat. T. H.* pag. 426 edit. lat., ubi mendose illa ms. 62 a se relato, seu Kenn. 77 adscribuntur. Codex tamen 145, seu Argent., prima manu ea exhibet, seu sine punctis relicta, ut abolenda, ut notat Oberlinus *Miscell. litter.* p. 64.

Alii addunt במדבר, leguntque וממטה ראובן את בצר במדבר ואת מגרשה *Et de tribu Ruben Betzer in deserto et suburbana ejus*, ut Kenn. 89 marg., 173, 174, 301, 521, 542, 569, 572, 636, 637, nunc seu ad marg. suppl. במדבר 99, 176, 405, primo 428. 569 המדבר *Betzer deserti*. Concinunt ex meis 518, primo 579, nunc 21, 211. 518 verba haec sistit rescripta, verosimilius ut locus fieret vocabulo במדבר primitus omisso. Accedunt ex exteris meae coll. 16, 18, nunc, seu ad marg. additum hoc voc. 20. Addit et lib. I Paralip. VI 63, 64, ubi nostra haec commata leguntur. Sed de eo dubitat anonymus judaeorum criticus, qui haec notat ad marg. exteri cod. 58: *Hi versus correcti non sunt, num scriptum sit in eis* במדבר, *nec ne, quia non reperiuntur in antiquis et accuratis mss.. Sunt quoque in illis aliae varietates, vel dubia, quae non sunt explanata*.

Quidam utrumque addunt, ac legunt וממטה ראובן את עיר מקלט הרצח את בצר במדבר ואת מגרשה: *Et de tribu Ruben civitatem refugii homicidae Betzer in deserto, ejusque suburbana*. Sic Kennic. cod. 100, 144, 171, 178, 195, 203, 319, 357, 400, 417, 425, 431, 435 marg., 451, 461 marg., 462, 514, 547, 549, 639, 646, nunc seu ad marg. suppleta controversa verba 180, 332, 477, cod. mei 295, 304, 701, 705, 765, primo 21, 187, 688, 789, nunc, seu suppletis verbis illis 782, exter. 28, Biblia Mant. cum Norzii Comm. 1742, Biblia Paris. Houbigantii, Liburnensia 1780, Proph. priores Leirenses 1494, Thessalonicenses 1535, Lxx, Vulgatus, Targ. Proph. Leirensium. Sic etiam reperiri hos versus in antiquis mss. hispanis testatur ad h. l. Norzius. De meis tamen codicibus nota 21, et 701 eos suppletos tantum habere ad marg., in 21 et 187 priora tantum verba את עיר מקלט הרצח esse deleta, non במדבר, tandem in 765 posteriori manu primum deleta, deinde restituta, uno excepto במדבר, seu *deserti* vocabulo. Praeterea tria producta Biblia Norzii, Houbigantii, Liburni, versus istos exhibent uncinis inclusos, ac postrema notant ad marg. in aliis libris eos desiderari. Vulgatus autem, omisso *homicidae*, addit *Misor*, quod hic

appellativum est et in significatione *campestris*, non nomen proprium urbis, ut in mendosa hodierna interpunctione accipiendum est. *Non enim ante*, *sed post Misor*, inquit Lucas Burgensis *Notat.* p. 50, *distinctio collocanda est*, *ut recte quidam libri collocant*, legentes *in solitudine Misor*, ex quibus est meus 650, qui praeterea pro *civitates*, hebraeo conformius legit in sing. *civitatem*. Codices alii omittunt *Misor*, alii *ultra Jòrdanem contra Jericho*, quae in hebraeo desunt, et videntur petita ex Chronicis, alii integra haec duo commata, alii demum sive mss., sive editi ea postponunt. Confer. idem Brugensis, ac Bukentopius in *Luce de luce*.

Praeter discrepantias has gravioris momenti minores aliae in hisce duobus versibus occurrunt. Codices nonnulli pro ואת יהצה *et Jatzd*, legunt sine nexu את יהצה *Jatzd*, ut Kenn. 67, 82, 85, 90, 93, 100, 113, 128, 144, 172, 173, 174, 176, 178, 203, 204, 205, 249, 254, 321, 322, 356, 417, 434, 451, 462, 521, 549, 571, 572, 614, 639, 642, mei 21, 304, 305, 335, 413, 576, 701, 705, 789, primo 187, nunc 663, 765, 782, Biblia Pisaur. 1517, Mantuana Norzii 1742, Liburnensia 1780, Proph. prior. Pisaur. cum Comm. Abarb. 1511, et Targum Jonathanis. Ita citat Kimchius hunc versum ad Josue xxI 7 in edit. Soncin. 1486, Pisaurensi 1511, Thess. 1535, in Bibliis Rabb. Ven. 1525, et 1568, sed in Leirensi 1494, item in codic. meis 77, 471, 646, 870 utitur ו, et cum eo legunt Proph. Pisaur. cum Comm. Kimchii 1511, qui hic a duabus aliis Pisaur. editionibus dissentiunt.

In posteriori autem versu pro את קדמות *Kedemoth*, legunt ואת קדמות *Et Kedemoth* Kenn. cod. 30, 77, 82, 85, 89, 93, 100, 113, 130, 145, 149, 150, 160, 171, 175, 180, 187, 195, 209, 228, 242, 250, 251, 252, 296, 309, 310, 319, 330, 332, 359, 366, 400, 403, 405, 421, 425, 428, 431, 451, 461, 471, 473, 476, 477, 505, 506, 514, 531, 540, 543, 547, 549, 559, 560, 562, 569, 587, 596, 597, 606, 607, 612, 636, 637, 646, primo 357, cod. mei 2, 4, 20, 21, 196, 295, 346, 518, 579, 596, 688, 701, 716, primo 187, 211, 765, nunc 440, 663, 789, exter. 23, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Complutensia, Veneta utraque 1518 ad marg., LXX, Syrus, et Arabs. Quibus adstipulatur Kimchius ad Josue xxI 7 in cod. meis 471, 646, 870, sed in 77, et in editione Soncin., Leirensi, Pisaurensi, Thessal. ac Venetis copula deest. Notandus hic insignis error, qui inadvertenter Maschioe xcidit in *Specimine collationis plurium editionum in Josue* T. I praefixo Le-Longianae *Bibliothecae sacrae* ab eo recusae pag. XXXIV. Etenim nec Biblia Complutensia hic legunt את, nec editiones, quae longo ordine recensentur, Complutensem lectionem sequuntur, sed Hoogtianam.


Plurimi denique codices mss. et editi pro את מיפעת *Mephaath* habent ואת מיפעת *et Mephaath*, Kennic. 2, 30, 77, 85, 89, 93, 99, 101, 128, 130, 145, 149, 150, 160, 168, 171, 172, 174, 175, 187, 195, 205, 209, 228, 242, 246, 249, 250, 251, 252, 254, 296, 301,

309, 310, 319, 322, 330, 332, 337, 350, 356, 357, 359, 366, 375, 400, 403, 405, 421, 425, 428, 461, 462, 471, 473, 474, 476, 477, 505, 506, 521, 530, 531, 540, 541, 542, 543, 547, 549, 559, 560, 562, 569, 575, 587, 590, 596, 597, 598, 606, 607, 612, 614, 636, 637, 640, 642, 646, cod. mei 2, 4, 20, 21, 187, 196, 211, 295, 346, 413, 440, 518, 545, 575, 579, 596, 663, 688, 701, 716, 737, primo 765, Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, Complutensia, Veneta bina an. 1518, Veneta 1521, Ven. 1525-28, Veneta 1533, Basileensia Munsteri tria 1534, 1536, 1546, Ven. 1544, Parisiensia Roberti Steph. utraque in 4., et 16., Ven. 1551, Ven. 1563, Plantiniana 8. 1566, Veneta 1566, Polyglotta Antwerpiensia, Plantiniana fol. 1571, Veneta 8. 1752, Antwerp. sine punctis 1573, Polyglotta Sanctandreana 1586, Hamburgensia Hutteri 1587, Witterb. in 4. ejusdem anni, Hartmanniana 4. 1595, Quadrilinguia Wolderi, Genevensia fol. 1609, Raphelengii sine punctis 1610, Veneta 4. 1613, Veneta 12. 1615, Genevensia 4. et 12. 1618, Veneta 1627, Amstelodamensia sine punct. 1630, Amstelodam. Menassè ben Isr. 1635, Veneta 12. 1635, Ven. Lombrosi 1639, Amstelod. Jansonii 1639, Ven. 1647, Polyglotta Parisiensia, Polyglotta Londinensia, Nisselii 1662, Veneta 1690, Amstel. Torresii 1705, Halensia 1720, Ven. 1730, Amstel. 1732, Lips. Reinecii 4. et 12. 1739, Ven. 1739, Mantuana Norzii 1742, Viennensia 1743, Simonis 1752, Reineccii 1756, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Prophetae priores Leir. 1494, iidem cum Comm. Abarb. 1686, Prophetae et Agiogr. Sulsb. 1769, Josue cum Comm. 1609, Lxx, Vulgatus, Arabs, Targum Proph. Leirensium, et Kimchius ad Josue xxI 7 in edit. Soncin. 1486, Pisaur. 1511, et in quibusdam codicibus. Iterum emendandum hic Maschianum *Specimen*, nam Biblia Complutensia non sequuntur Biblia Gersonis, seu Brixiensia, et editiones omnes, quae dicuntur legere cum Complutensibus, copula insigniuntur. Male etiam excipiuntur Biblia Veneta 1544, et dicuntur sequi Gersoniana nexu destituta. Multi codices plene ubique legunt מגרשיה, alii מפעת defective, et Kennicottus in afferenda prima horum versuum lectione, post Kedemoth plenum מגרשיה, et defectivum מפעת praetulit. Sed defectiva מגרשה, et plena מיפעת communior est lectio plerorumque codicum et editionum, unde et eam expressimus.

Exposita super duobus hisce versibus mss. editorumque codicum fide, eorum nunc auctoritas brevi est explananda. Si sacrorum criticorum judicia exquiris, plerique genuinos, authenticos, ad sacri contextus integritatem absolute necessarios defendunt. V. Bonfrer. *Comm.* in h. l., Masium *Comm. in Jos.* p. 311, Clericum *Ars crit.* T. II p. 55, et *Comm.* in h. l., Capellum *Crit. sacr.* p. 474 edit. in 8., Glassium *Philol. sacr.* p. 60, Hottingerum *Thesaur. philol.* p. 180, Schick. *De jure reg. Heb.* p. 101, Simonium *Hist. crit. du V. T.* lib. I cap. xxII p. 124, Bukentop. *Lux de luce* p. 160, Jablonskium *Praef. Bibl. Heb.* §. 28. not.,

Abichtium in peculiari *Diss. de restituendis duobus versibus Josue XXI* 4. Lips. 1714, et in Ikenii *Thes. novo philol.* T. I, Henr. Michaelis in *Notis ad Bibl. Hal.* 1720, Hody *De text. orig.*, Gusset. *Comm. ling. heb.* p. 973 edit. 1743, Benedictin. editores operum D. Hieronymi T. I p. 275 in notis, Carpzov. *Crit. sacr.* p. 387, Houbig. *Not. crit.* in h. l. p. 255 edit. in 4., Less *De cura text. Heb.* p. 60, Kenn. *Diss. I sup. rat. T. H.* p. 424, Lilienthal. *Comm. crit. de 2 codd. Regiom.* p. 186, Fabricy *Titres primitifs* T. II p. 371 in notis, Tychsen *Tentamen de variis cod. Heb. gener.* p. 227 not., Oberlin *Miscella litter.* pag. 64, auctorem *Biblioth. crit.* Amstelodam. 1777 vol. I p. 111, Eichorn. *Introd. V. T.* T. II p. 206.

Si momenta expendis, tot et tanta pro horum versuum authentia sunt, ut vix putem posse produci graviora. 1° eos habent plerique mss. codices. » Cum mihi nunc sint ad manum, inquit Houbigantius, sex codices Oratorienses, in quibus extat liber Josue, tres etiam Regii, eos reperio in quinque Oratoriensibus, in uno tantum non reperio, qui ceteris longe est inferior, et praeterea in duobus Regiis. » Notat Kennicottus ex collatis mss. cod. 182, eos habere 126, non habere 56. Ex meis habent 30, non habent 18, et nisi Masorae et Kimchii auctoritas obstitisset, adessent in omnibus fere codicibus, qui supersunt. Ex collatis mss. cod. habent nunc centum sexaginta duo, videlicet Kennicottiani centum novemdecim, mei triginta, exteri meae collationis tredecim. 2° habent codices optimae notae, multi hispani. Ex Kennicottianis octo et viginti certo hispani illos ferunt. Plures praetereo, quorum character in descriptione non definitur. Ex meis 22 hispanis in h. l. collatis, habent sexdecim, ex exteris octo. 3° habent codices antiquitatis eximiae, ut Kenn. 210 et 366 sec. XII, 531 an. 1193, meus 701 sec. XII, plures sec. XIII. 4° habent pleraeque editiones. Notat Kennicottus ex 26 editionibus a se collatis, versus hos habere 23, non habere tres. In mea hac collatione eos agnoscunt editiones septuaginta novem. 5° Inter has editiones omnes sec. XV in Italia vel Lusitania curatae, immo omnes ante Biblia Rabb. 1525. Primus in hisce Bibliis exulare jussit Jacobus Chaiimus. 6° editiones ex accuratioribus, melioribus, hispanis, ac masorethicis ipsis codicibus petitae, ut Biblia antiqua sine anno et loco, Biblia Pisaurensia, Polygl. Complutensia, Prophetae Leirenses, Pisaurenses, Thessalonicenses. 7° editiones multae praestantissimae post Chaiimum ejusque Biblia masorethica 1525, ut Parisienses Roberti Stephani, Plantinianae omnes, Polyglottae, Venetae multae, Lombrosana, Amstelodamenses Menassè ben Israel, et Torresii, Norziana. 8° versus hos legunt versiones omnes antiquae, LXX, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs, Aethiops. Eos LXX in suis codicibus reapse legisse, non petiisse ex Paralipomenis, utriusque libri in iis legendis varietas ostendit. 9° legunt occidentales omnes, Latinae, Italicae, Hispanicae, Gallicae, Germanicae, Anglicae, Belgicae, Danicae, aliarumque linguarum, non exceptis quae a Judaeis prodierunt, inter quas celebris Ferrariensis ab antiquis et doctio-



ribus judaeis hispanis ex mss. codicibus hausta primum obtinet locum. 10° eos legit locus parallelus lib. I Paralipom. cap. VI 63, 64. 11° Multo verosimilius est eos fuisse in paucis codicibus omissos, quam in multis additos, quia primum illud multo facilius ac frequentius. Omissionis praeterea ratio apertissima. Nam vers. 35 similiter desinit ערים ארבע *civitates quatuor*, et 36 similiter incipit וממטה *Et de tribu*. Conjiciunt hoc et concedunt editores ipsi qui illos non inserunt, ut Jablonskius *Praef.* ad Bibl. 1699.

Tandem versus istos sacer contextus necessario postulat, ut sine iis mancus plane hic sit ac mutilus. Nam versu 7 dicuntur Meraritis assignatae *ex tribu Ruben et ex tribu Gad, et ex tribu Zabulon civitates duodecim*, quod repetitur v. 38. Versu vero 40 numerantur *urbes omnes levitarum in medio possessionis filiorum Israel, urbes quadraginta octo cum suburbanis suis*. Falsus uterque numerus, nisi controversa commata ac Rubeniticae urbes addantur, nec constat, quare octo urbes Gaditarum et Zabulonitarum numerentur, quatuor Rubenitarum reticeantur, quae recensionis pars sunt omnino necessaria. Inepta ergo rabbinica nota in Bibliis Athianis 1667, et Opitianis 1709 mendosos versus hos esse, nec necessarios, ineptior altera Burcklini in Bibl. Francof. 1716: *Neque ipse contextus admittere videtur*. Adeo gravis est haec ratio, ut etsi abesset mss. codicum praesidium, ii tamen genuini essent habendi ac restituendi. Quanto magis, quum tot codicum, editionum, versionum accedit auctoritas? Itaque contextus, ratio, parallela loca, versiones confirmant codices, qui habent, damnant qui non habent. Nec alia hic via aut alii fontes adeundi in summa, qualis in hoc loco extat, codicum et editionum dissensione.

Burcklino aequior Brunsius, qui versus hos contextum omnino efflagitare concedit, sed in eo iniquus, quod post tot codicum collationem a se et Kennicotto institutam, totque illustria authentiae monumenta, adhuc contendat *De variis lect. Bibl. Kenn.* in *Repert. orient.* T. XIII pag. 60, si ex externis codicum et versionum testimoniis res aestimatur, spurios esse et interpolatos. Sed quae producit doctissimus criticus, partim incerta sunt, partim falsa, partim nullius aut exigui ponderis. Paucis singula expendamus. I° In Origenianis codicibus nostros hos versus defuisse incertum. Incertum Masianum exemplar Syrum hexaplare obelum hic exhibuisse. Quae notat Masius debere obelo notari, saepe ex sola conjectura et ex Hebraici textus, quem habebat prae manibus, auctoritate notat, non semper ex auctoritate hexaplaris ms., saepe etiam ex Complutensi textu LXX, quem ad Hebraicum reformatum, nec purum esse textum LXX, norunt omnes docti. Coërcendum ergo judicium, donec Masianus codex reperiatur. Quod conjicio, Graeci codices hexaplares confirmant obelo hic destituti, qui dubiam redderent auctoritatem Syri, si illum habuisset. Hinc non male, sed recte obelum hic omiserunt Grabius et Breitingerus. Falsa autem nec Masio digna ratio, quam subdit, LXX de suo addidisse. Unde ergo hauserunt infiniti codices et scribae hebraei? Ex LXX ne, an vero de suo addiderunt et ipsi? Su-

perstites codices Masium condemnant, ostenduntque Lxx versus hos in suis antigraphis legisse. Quamobrem si deerant tempore Origenis, aderant aetate Lxx; si deerant in nonnullis codicibus judaicis, aderant in israeliticis ac judaicis plerisque, ipsaque Origenianorum codicum lacuna, si vera sit, illud unum ostendit horum versuum omissionem fuisse antiquam, jamque tum nonnullos codices occupasse. Horum vero codicum lacunam agnoscit et damnat Masius ipse *Comm.* in h. l.. *Ut ut ista se res habet*, inquit is, *certum est desiderari: neque enim alioqui summa confici potest. Et dictum supra est, Meraritis datum iri arbes ex Rubenis haereditate.*

II° Non magis certum defuisse in codicibus Hieronymianis. Nam ex codicibus Hieronymianae versionis alii habent, alii non. Habet antiquissimus codex Toletanus, qui puram D. Hieronymi versionem complectitur, ut constat ex *Divina Bibliotheca* a Palomares edita, et ex Blanchinii *Vindic. can. scripturarum* p. LXXXI. Codex autem hic tamquam antiquus ac pretiosissimus dono datus est Ecclesiae Hispalensi anno 1027, eumque *magnae fidei et antiquitatis*, *fortasse ante octingentos annos descriptum* appellat Mariana *Praefat. in N. T.*. Conferantur quae notat et reponit Abichtius §. XIX et XX, qui lacunam latinorum codicum D. Hieronymi repetit ex antiquis eorum emendationibus ad codices hebraeos hic deficientes. Demus in hebraicis codicibus Hieronymianis defuisse. Doctissimi ipsi Benedictini, operum D. Hieron. editores, qui id conjiciunt T. I pag. 275, recte exemplaria illa mutila appellant errore librariorum, locumque hunc in lat. Hieronymi versione, vel in iis codicibus, in quibus bini hi versus desunt, censent supplendum.

III° R. Hai locum iis assignavit in Paralipomenis. Nos cum bona venia R. Hai, critici x seculi, Josuae vindicamus. Ceterum conditionata sunt verba R. Hai, nec quaestionem definiunt. והשיב אף על פי דהכא לא חשיב להו בדברי הימים חשיב להו *Responditque, etsi hoc loco non numerentur, in Paralipomenis numerantur*, vel si non numerantur in Josua, numerantur in Chronicis, ut ea exprimit Gussetius. Posita etiam horum versuum ac codicum lacuna, non propterea deficit Josue et Scriptura, aut falsa est, quia alibi habentur, unde possint pro libito et necessitate suppleri. Kimchius ipse verba haec referens satis dubitanter loquitur: נראה *videtur ex ejus responsione, quod in illorum codicibus non essent scripti*, quod nos amplissime concedimus, quia antiquior est lacuna, nec, si extitissent, rabbinum interrogassent, aut dubium super iis movissent.

IV° Kimchius sec. XII vergente eos margini quorumdam librorum mss. adspersos vidit, sed neutiquam in contextu ullius libri antiqui probati. Illius verba habes ad Jos. XXI 7, et apud Abichtium §. V. Primo dubia Kimchii verba, nec satis liquet, num ii codices eos haberent prima manu conscriptos et obliteratos, an vero posteriori additos ad marginem. In primo sensu Kimchium intelligit Kennicottus, et quatuor mss. mei cod. Kimchii 77, 471, 646, 870, item Leirensis editio 1494, pro אלא מוגה *sed correctum*, legunt אלא מוגהים *sed correcti*, videlicet versus illi. Nec judicium de codicibus correctioribus, an essent ii qui hos versus

repraesentabant, an qui omittebant, penes Kimch. est, recte respondet Gussetius. Sane si post gravissimam apud Judaeos Masorae et Kimchii auctoritatem versus hos explodentium, extant ii in multis hispanis bonae notae codicibus, multo plures eos Kimchii aetate fuisse existimandum est, quos ipse non viderit. Quos autem vidit, ad Hillelianum exemplar et Masoram erant descripti ac reformati, nec ea est sive horum codicum, sive Kimchii fides et auctoritas, ut explodi debeant versus, quos tot alii optimi et antiqui codices servant, et necessario contextus requirit. Judaei ipsi illam rejiciunt, reponuntque: ואשר כתב רד"ק אין ראיה *Quod vero scripsit Kimchius, nihil probat*, vel *ratio sufficiens non est*. Ita ad h. l. editores Veneti Bibliorum 1678, 1730, 1739.

V° Nec magis probat nosque urget Masorae auctoritas, quam Judaei aliquando reprobant, consentiuntque critici utriusque nationis esse mutilam, imperfectam, recentiorem, in mss. codicibus diversam. Tanta tamen ea fuit apud Judaicos scribas, ut multi ea sola decepti versus istos praetermiserint, quos ex editoribus omnium primus, ut diximus, secutus est Jacobus Chaiimus. Nihil infirmius argumento quod ducitur ex Masora finali, et ex summa versuum totius libri, quam antiquiores codices non habent, alii aliter habent, hispani autem ipsi saepe mendose. Codex meus 211 numerat versus 610, 295 hispanus, luculentus, accuratus 566, 341 hispanus 650, 765 hispanus et ipse 756. Ita dimidium libri ומחשבן, cui Norzius innititur, multi mss. codices sive ad locum ipsum, sive ad calcem libri omittunt. Sed Masorae nos masorethicos codices eorumque contextum opponimus, qui illam infirmant et damnant. Qui enim fit, ut quos versus Masora rejicit, tot optimi masorethici codices in textu recipiant? Et ut multi extant codices, qui utrumque habent, in textu controversos versus, ad calcem versuum summam 656, utrumque conciliari optime potest, si binos alios libri versus, sublata interpunctione, in unum contrahas, ac forte contrahunt codices ipsi, si accuratius examinentur.

VI° Si non agnoscunt antiquissimi codices Kenn. 154, 326, alii legunt sec. XII, ut supra animadvertimus.

VII° Atqui Norzius in Bibliis Mantuanis versus hos proscripsit. Nam in textu illos uncinis inclusit. Non inclusit certe proscripsitque Norzius, qui centum et amplius ante annos obierat, nec illorum Bibliorum textum edidit. In nota ad h. l. versus hos potius probat. Etenim producta auctoritate antiquorum et hispanorum codicum, auctoritate etiam veterum editionum, in quibus se eos legere testatur, subdit: וכן נראה נכון לפרש ד' ערים אלו לפי הסכום הכתוב בפ' ערים שתים עשרה ***Et sic videtur rectum exponere quatuor urbes istas ob summam quae in hac sectione scribitur, XII urbium***. Ad caput vero XIII exposita masorethica summa 656 versuum Josue, grave argumentum hoc esse statuit ad binos versus cap. XXI eliminandos. In prima nota Norzium agnosco, in hac desidero. Ponamus masorethicam notam esse certam, constantem, nec cum hisce versibus conciliandam. Quis, nisi pusillus, ob unam masorethicam notam binos versus abjiciat, quos ad constituendam XII urbium re-

censionem necessarios putet? Quis condemnet reddatque hiulcam summam sacri textus, ut tueatur masorethicam?

VIII° Quod hic monet Brunsius in Syriaca versione, ipso fatente Abichtio, primitus omissos fuisse, falsum. ***In versionibus syrorum omnibus nostri comparent versus***, inquit Abichtius §. XVII pag. 33, productisque verbis Herberti Thorndicii, qui mss. Pocockii et Usserii codices contulerat, monetque (Polygl. Lond. T. VI *Var. lect. syr.* p. 16) ***ex quatuor urbibus Rubenitarum in duabus dissentire codices syriacos ab hebraicis***, repetit Abichtius, ***ut adeo appareat syriacos codices omnes conspirare***. Si nonnulla subdit Abichtius, quae cum praecedentibus non cohaerent, hoc ideo factum, quod oscitanter ad integros versus transtulerit, quod de duabus tantum civitatibus vel earum nominibus scribere intelligebat. Brunsius utitur Abichtii oscitantia contra se scribentis, praemissa vero verba dissimulat. Non video autem, quare versionem Arabicam, et Aethiopicam nimis recentes appellet. Ut ut enim recentes fingantur, antiquiores semper sunt R. Hai et Kimchio, eorumque codicibus, ex quibus ille argumentatur. Quod porro subdit Brunsius latinam versionem Antehieronymianam versus hos respuere ex Abichtio §. XIX, iterum falsum est. Agit toto hoc §. Abichtius de lat. codicibus Hieronymianis, caussasque inquirit, quare in eorum nonnullis haec commata desint. Itala versio, quae ex LXX erat petita, ea proculdubio habebat.

IX° Multae hic codicum notae a Brunsio congeruntur, quae hos versus ut supposititios damnant. Eas ad marg. exhibent Kennic. codices 130, 149, 168, 228, 242, 246, 295, 296, 330, 417, 560, 601, 642, 648. Historicas omitto, quae codicum varietatem innuunt. Ex meis solus 4 habet ad marg. notam posteriori manu illos reprobantem, ex exteris 18, et 58. Atque hic quidem binas ad h. l. sistit notas, quarum unam supra attulimus, altera testatur in cod. Hilleliano, in cod. Babylonico, et in codice, quem descripsit princeps quidam felicis memoriae, hos versus deesse. Notae istae nullius auctoritatis sunt, quia sunt omnes criticorum, vel correctorum recentiorum, nimis Hilleliano codici, Masorae, ac Kimchio tribuentium, quod et notae ipsae produnt. Aliae aperte falsae, ut eae, que testantur in hispanis et accuratis libris desiderari. Aliae, etiamsi in correctis codicibus non reperiantur, definire tamen non audent, remque jubent ulterius examinari. Ejusmodi est nota cod. Kenn. 228: פרשה צריכה עיון אם כתובה בספרי׳ מובחנים ובספר מדוייק לא מצאתי ***Sectio haec necesse est ut expendatur, num scripta reperiatur in libris probatae fidei. Ego quidem in libro correcto non reperi.*** Ita vertenda haec nota, non ***Hanc sectionem sensus requirit, modo in libris praestabilibus reperiretur***, ut minus accurate vertit Brunsius. Criticis istis notis illam opponimus multo saniorem, quam re melius expensa ad marg. exhibent editores Bibliorum Venet. an. 1678, 1730, 1739: זאת הפרשה וממטה ראובן כך היא במקרא כ״י בספרד שנת רס״ח מוגהת עד מאד אשר ממנה עשינו רב ההגהות וכן נראה כי בלעדן תחסרנה ארבע ערים ואשר כתב רד״ק אין ראיה ***Haec sectio*** Et de tribu Ruben ***sic legitur in mss. Bibliis hispanicis anni*** 268 ***correctissi-***

mis, ex quibus multas nos emendationes instituimus, sicque videtur, quia sine iis quatuor urbes deficerent. Quod vero scripsit Kimchius, nihil probat. Codex ille hispanus est Kenn. 572. Nos hic disputationem abrumpimus, sinimusque, ut quilibet pro libito ac pro fontium, qui hinc inde militant, auctoritate de horum versuum integritate statuat.

XXI 37 כל *omnes*. Deest in Kenn. cod. 70, 89, 173, in meo 716, in Syro, et Arabe, illudque superfluit ex Houbigantii sententia.

XXI 43 בית *domum* — בני *filios*, Kennic. cod. 149, 150, 173, 174, mei 304, 579, primo 211, 705, et Lxx.

XXII 1 מטה *tribus* — שבט alio synonimo Kennic. cod. 77, 89, 145, 150, 158, 160, 168, 182, 198, 224, 225, 226, 227, 228, 249, 250, 337, 601, 602, nunc 240, sup. ras. 128, 154, cod. mei 1, 2, 13, 20, 174, 226, 249, 346, 440, 539, 663, 716, 737, 744, primo 210, 211, 596, nunc 4, forte primo 187, Biblia Soncin., Proph. Sonc. 1486. Lectionem hanc exhibet etiam ad marg. cod. meus 667; Kennicottianis autem codicibus ex Bibliis Halensibus addendus est 375, seu Erfurtensis 5, et ex autographo collat. ad emendatos codices, seu prima manu legentes amandandus 250. Multi codices legunt etiam המנשה cum ה praefixo.

XXII 4 להם *illis* — לכם *vobis*, Kenn. cod. 30, 86, 93, 145, 150, 158, 180, 187, 195, 224, 228, 246, 250, 253, 337, 602, primo 85, 90, 128, 130, 249, quibus addendus 375, et 576 prima manu, cod. mei 20, 226, 346, 440, 737, 765, primo 187, 210, 211, exter. 23, 37, Biblia Sonc., Pisaurensia 1517, Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaurenses utrique cum Comm. Kimchii et Abarb. 1511, et Arabs. Ita conjectantur scribae.

Ibid. ולכו *et ite* — וסעו *et proficiscimini*, cod. Kenn. 86, 93, 253, primo 1, sup. ras. 128, 173, ex meis primo 211, nunc 545, Bibl. Brix. 1494, Pisaurensia 1517, Ven. utraque 1518, Veneta 1521, Basileensia Munst. tria 1534, 1536, 1546, Proph. priores Sonc. 1486, et Pisaur. utrique 1511. Sed Bibl. Veneta 1518 habent alteram lect. ad marg.

XXII 5 המצוה *mandatum* — כל המצוה *omne mandatum*, cod. Ken. 176, 210, 251, sed hic prima manu ex mss. ejus collatione, quibus addendus meus 596 primo.

XXII 7 מעבר *a transitu* — בעבר *in transitu*. Ita in textu Kennic. cod. 30, 77, 195, 251, primo 130, 209, 210, cod. mei 13, 20, 295, 305, 346, 440, primo 604, 737, 782, nunc 765, Biblia Brix. 1494, Complutensia, et ad marg. Ven. 1518, ut fert hodiernum *Kerì*. Ex Kenn. codicibus expungo 246, 250 perperam ex male intellecta eorum collat. huc traductos.

XXII 12 וישמעו בני ישראל *Et audierunt filii Israel*. Desunt in Kennic. cod. 84, 195, primo in meis 440, 789, in Lxx, Vulgatus, Syro. Codex meus 305 omittit ex prima manu sequens כל עדת.

XXII 16 עדת יהוה *congregatio Domini* — עדת ישראל *congregatio Israel*, cod. Kenn. 253, Biblia Sonc., Proph. Sonc. 1486. Ita cod. meus 440, ad-

dito בני *congregatio filiorum Israel*, sicque correctum ad marg. in 211, addito etiam בני, quod posteriori manu deletum, quibus ex antiquis interpretibus favet Arabs.

XXII 20 מעל מעל *praevaricatus est praevaricatione*. *Praevaricationis* vocab. omittunt Kennic. cod. 174, 182, ac Bibl. Basil. 1534, sed in binis posterioribus editionibus illud restituit Munsterus.

XXII 21 את ראשי *cum capitibus* — אל ראשי *ad capita*, cod. Kenn. 1, 4, 145, 160, 168, 172, 180, 187, 224, 225, primo 20, 250, cod. mei 20, 174, 305, 413, 716, 737, primo 211, 440, nunc 187, 663, Bibl. Complutensia, Ven. utraque 1518 ad marg., Prophetae prior. Leir. 1494, Thessal. 1535. Lect. hanc notat etiam Appendix Bibl. Basil. 1536. Ex Bibliis Halens. addendus Erfurtensis 5, Kenn. 375. V. 25 *jod* utrobique in בנינו ובניכם male omissum supplent codices innumeri et multae editiones, in quibus antiquiores omnes, et ex recentioribus Norziana 1742, posteriori autem loco Halensia 1720.

XXII 27 ובזבחינו *et in sacrificiis nostris* — ובזבחנו defective cod. mei 545, 744, 789, primo 211, Bibl. Soncin., Brix., Ven. bina 1518, Proph. Sonc. 1486. Silent mss. cod. Kenn.

XXII 34 ויקראו בני ראובן ובני גד למזבח *Et vocaverunt filii Ruben et filii Gad altare*. Post למזבח seu *Altaris* nomen supplent vocab. עד *testimonium*, vel *testem*, Kenn. cod. 253, 587, ad marg. 195, 471, 590, meus 744 sine punctis, Biblia Sonc. 1488, Pisaur. 1517, Prophetae priores Sonc. 1486, Pisaurenses utrique cum Comm. Kimchii et Abarb. 1511, Thessalonicenses 1535, Syrus, Arabs, Targum cod. mei 737, Targ. cod. Erfurt. 1, Targ. ms. Masiani, teste Raphelengio, Targ. cod. Bodlej. 467 apud Kenn., Targ. Antwerpiense. Ita legebatur in hebraico et chaldaico textu cod. Kimchii, prout eum in suis Commentariis Kimchius ipse producit. In meo exemplari Prophet. Leir. 1494 antiqua manu suppletum ad marg. עד, illudque necessario supplendum censent Houbigantius, Kennicottus *Diss. II sup. rat. T. H.* p. 173, Starckius *Dav. Carm.* T. I p. 111, quia nisi illud suppleas, vel subintelligas, hiulca est contextus sententia. Cod. Ken. 607 inserit hic עד, et omittit in sequenti membro. R. Isaias in Comm. in h. l. tum in cod. meo 470, tum in Abichtii editione haec habet: *Versus hic abbreviatus est; nam sic esse debet* למזבח עד *altare testem, quia testis ipse*. Conf. Abicht *R. Isaiae Comm. in Jos.* Lips. 1712 p. 39. Norzius in h. l.: *In nonnullis editionibus post verbum* למזבח *legitur* עד, *Kerì et non Chediv, seu legitur* testem, *nec scribitur, sicque elicitur ex Comm.* Cheli Jakar. *Sed ita non extat in codicibus mss., et Rascì fel. mem. scripsit*: en haec est una ex scripturis abbreviatis, in qua necesse est addere unam vocem: *et vocaverunt filii Ruben et filii Gad altare testem, nec aliter eruitur ex Comm. Kimchii*.

Alii codices praeponunt עד, leguntque עד למזבח *testimonium altare*. Ita suppletum ad marg. in cod. meo 688, hucque referendae plures editiones, quae ante למזבח exiguum spatium et circellum in textu exhibent, vocem vero עד ad marg. supplent. Ejusmodi sunt Biblia Veneta utraque 1518, Ven. 1521,

Veneta 1525-28, Veneta 1533, Basileensia Munsteri bina 1534, 1546, Ven. 1544, Ven. 1551, Ven. 1563, Plantiniana 8. et 16. 1566, Ven. 1566, Veneta 1572, Hartmanniana 4. 1595, Veneta 4. 1613, Ven. 12. 1615, Veneta 1627, Veneta 1635, Ven. Lombrosi 1639, Veneta 1647, Nisseliana 1662. Bibl. Raphelengii 1610, et Josue cum Comm. 1609, spatium habent et circellum, non suppleto עד, quia in utraque editione lectiones margin. deficiunt. Veneta 1635 notant ad marg. עד קרי ולא כתיב *voc. testem legitur, sed non scribitur*. Contra Bibl. Ven. 1570 vocabulum hoc pro mera expositione sumunt פירוש קראו למזבח עד *expositio: vocaverunt altare testimonium*. Nota haec repetitur in Bibliis Ven. 1690, et in aliis 1730, quae praeterea addunt ואין בו ק׳ כתיב *nullumque est in eo Kerì et Chediv*. Ac codices, qui praeponunt עד, confirmat Targ. Leirense 1494, Targ. Antwerpiense, Targ. Kimchianum, in quibus סהיד praecedit למדבחא. Emendanda hic Biblia Halensia, quae producunt Bibl. Ven. 1521, et 1613, et Plantiniana 4. 1566, ac si in textu praemitterent עד.

Ibid. האלהים *Deus* — הוא האלהים *ipse est Deus*, Kenn. cod. 1, 4, 30, 89, 93, 94, 155, 168, 180, 182, 198, 310, 350, 358, 359, 366, primo 249, forte 112, 130. Adde ex Lilienthalio pag. 187, 224 nunc, seu ad marginem, ex meis 744, primo 2, 211, 440, 701, 737, 789, Lxx, Vulg., Syrum, Chaldaeum et Arabem, etsi voc. ἀυτός in Lxx obelisco jugulandum moneat Masius, ex auctoritate, ut puto, hebraici sui exemplaris, in quo deficiebat. Lect. hanc praefert Starckius *Dav. Carm.* T. I p. 111.

XXIII 3 מפניכם *a facie vestra*. Kenn. cod. 30, 93, 145, 150, 198, 246, 253, mei 249, 716, primo 596, Bibl. Sonc., Proph. Sonc. 1486 מלפניכם cum ל inserto, quod et ad marg. notant Biblia Veneta 1518.

XXIII 4 והים *et mare magnum* — מן הים *a mari magno*, cod. Ken. 253, Biblia Sonc., Proph. Sonc 1486, Lxx.

XXIII 13 הגוים *gentes* — כל הגוים *omnes gentes*, Kenn. cod. 70, 77, 114, 145, 149, 160, 180, 182, 187, 206, 224, 240, 249, 253, 601, primo, ut videtur, 138, quibus addendus ex Bibliis Hal. 375, seu Erfurt. 5. Accedunt ex meis 3, 226, 413, 667, 716, 737, primo 2, 20, 211, 663, nunc 545, Biblia Sonc. 1488, Brixiensia 1494, Ven. utraque 1518, Veneta 1521, Munsteriana tria 1534, 1536, 1546, Roberti Steph. utraque in 4. et 16., Hutteriana 1587, Veneta 1570, Hartmann. 4. 1595, Wolderiana Polyglotta, Veneta Lombrosi 1639, Nisseliana 1662, Proph. prior. Sonc. 1486, Pisaurenses utrique 1511, Thessalonicenses 1535. In Bibliis Pisaur. 1517 omissum כל, nec legunt veteres interpretes.

XXIV 4 מצרים *Aegyptum* — מצרימה *in Aegyptum*, cod. Kenn. 3, 30, 145, 154, 224, 249, 336, primo 50, 77, ex meis 1 in Apht., 6., 507, 543, 547, 701, primo 211, 267, 440, 596, 663. Margo, quem hic citat Kennicottus, Biblior. Rabb. 1525 hanc lectionem non confirmat, sed reprobat.

XXIV 15 בעבר *in transitu*, vel *ultra flumen*. Masorethae emendant in מעבר eorumque emendatio in paucissi-

mis codd. in textu recepta, ex quibus delendi hic in Kennic. Bibliis consueti 246, 249, 250, 251 male intellecti. Lxx, Syrus, Arabs, Vulg., Chaldaeus ipse, sequuntur omnes Chediv, quod et praeferendum est.

XXIV 19 העם *populum* — כל העם *omnem populum*, Kenn. cod. 30, 93, 145, 149, 150, 180, 182, 228, 249, 250, 601, ex Bibliis Hal. 375, cod. mei 440, 716, primo 2, nunc, seu suppl. כל, 20, 186, exter. meae coll. 2, primo 1, reluctantibus antiquis versionibus. Perperam pro תוכלו in hoc versu Halletus ac Ken. *Diss. II* p. 363 legunt תָכלו. V. 22 bini cod. Kenn. כל העם *omnem populum*, iisque ex mea collatione addendus 475 ad marg., et meus 789. Pauci alii pro בכם *in vos* legunt היום *hodie*, utrumque Kenn. 150, meus 688 primo.

XXIV 24 ויאמרו *Et dixerunt* — ויאמר *Et dixit*, Kenn. cod. 70, 158, 209, 601, 602, mei primo 191, 737, nunc 211, ex exter. meae collat. 1 primo, versiones omnes analogiam secutae, excepto Targum, quod tamen in cod. meo 737 sing. lectionem servat. Kenn. codicibus adde 224, nunc ex Lilienthalio p. 188.

Ibid. אלהינו *Deo nostro*. Deest in Kenn. cod. 174, in meo 716 ex prima manu, in Lxx, et Syro.

XXIV 30 סרח *Serach* — חרס *Cheres*, cod. Kenn. 20, Arabs, Judic. II 9.

Ibid. אשר בהר *quae est in monte* — בהר *in monte*, cod. Kenn. 89, 128, 155, 160, 253, 601, mei 211, 744, primo 2, 20, 21, 249, 440, Bibl. Sonc., Pisaurensia 1517, Proph. priores Sonc. 1486, Pisaurenses utrique cum Comm. Kimchii et Abarban. 1511, Lxx, Arabs. אשר primo lineola notatum et sine punctis relictum, ut abolendum, in cod. meo 305.

XXIV 33 אהרן *Aaron* — אהרן הכהן *Aaron sacerdotis*, Kenn. cod. 4, 30, Syrus, et Arabs.



JUDICES

Cap. I 2 הנה *ecce* — והנה *et ecce*, Kenn. cod. 93, 253, meus 663 nunc, Biblia Sonc., Brixiensia, Proph. Sonc. 1486. Cod. meus 20 primo הנני *ecce ego*.

I 7 אלהים *Deus* — יהוה אלהים *Dominus Deus*, Proph. Sonc. 1486.

I 17 ויכו *et percusserunt* — ויכה *et percussit*, cod. meus 211 primo, et cod. Vatic. Lxx. Mendose Bibl. Sonc. 1488 cum Kenn. cod. 253 ex iis, ut videtur, descripto אל שמעון *ad Simeonem*.

I 19 לא להוריש *non ad depellendos e possessione* — לא יכלו להוריש *non potuerunt ex possessione depellere*, Kenn. cod. 182, 506 ad marg., Lxx, Vulgatus, Chaldaeus, Graecus alius anonymus interpres in Montfauconii *Hexaplis*. Hos interpretes ita olim in suis codicibus reapse legisse autumat Houbigantius, omissique verbi יכלו signum superesse in gerundio להוריש, ut illud construi solet.

Id. להוריש *ad possessione depellendos* — הוריש *possessione depulit*, cod. Kenn. 70, meus 440 primo, Syrus, Arabs.

I 21 ישב *habitantem* — ישבי *habitantes*, Kenn. cod. 150, 154, 160, 187, 224, 227, 250 marg., 658, cod. mei 13, 211, 575, 596, 663, 667, primo 187, 195, 226, 335, 715, exter. meae collat. 1, Bibl. Soncin. 1488. Cod. meus 210 habet ad marg. ישבי ק׳ *lege habitantes*, quae lectio Orientalium judaeorum est, seu Babyloniorum, sed serior manus notat in correcto codice legi ישב. Enallage numeri infra occurrit. Nonnullae antiquae versiones, quae plur. vertunt, in plur. habent praecedens nomen *Jebusaeos*.

I 22 בית יוסף *domus Joseph* — בני יוסף *filii Joseph*, cod. Kenn. 3, 4, 82, 93, 174, 180, 337, primo 77, forte 30, 130, mei 196, primo 211, 226, 440, 554, 827, Lxx, Arabs, ac bini alii Graeci interpretes anonymi in Montfauc. *Hexaplis*.

I 25 כל משפחתו *omnem cognationem ejus*. Abrasum כל in cod. meo 765, nec lectum a Lxx.

I 26 ארץ *terram* — אל ארץ *ad terram*, cod. Kenn. 30, 250, meus 789, ac versiones omnes analogiam syntaxis secutae. Kenn. 150 לארץ.

I 27 ישב *habitatorem Dor* — ישבי *habitatores Dor*, Kenn. cod. 4, 21, 30, 85, 89, 93, 99, 102, 112, 113, 145, 150, 155, 171, 173, 174, 175, 176, 180, 182, 195, 210, 224, 246, 249, 250, 251, 253, primo 2, 82, cod. mei 13, 20, 196, 226, 304, 305, 335, 341, 440, 518, 539, 545, 554, 627, 663, 667, 688, 701, 715, 737, 744, 765, 789, primo 21, 211, 295, 575, 596, nunc 4, Bibl. Sonc., Brixiensia, Complutensia, bina Munsteri 1534, 1546, Prophetae Sonc. 1486,

Thessalonicenses 1535. Ita postulat Kerì, et analogia, quam sequuntur omnes versiones. Kenn. 224, ac meus 20 ad marg. addunt ואת ישבי עין דאר ובנתיה. Multi codices, etiam hispani, ut meus 304, aliique, Bibl. Sonc. ac Proph. Sonc., legunt דאר cum א inserto.

I 30 נהלל *Nahalol* — נחלל *Nachalol*, cod. Kenn. 130 primo, meus 627. Ita legitur in Josue, et in Judicibus legi נחלל, in Josue נהלל contra Masoram monet cod. meus 2. Forte ad indigitandam var. hanc lectionem circellum hic exhibent Biblia Nisseliana.

I 32 ישבי *habitatorum* — ישב *habitatoris*, cod. Kenn. 77, 112, 174, 228, 249, 250, ex meis primo 335, 440, 596, Lxx, Vulgat., Analogia. Ceterae versiones legunt in plur., quia in plur. vertunt praecedens nomen *Chananaeorum*.

I 33 הכנעני ישבי *Chananaei habitantium* — הכנעני ישב *Chananaei habitantis*, cod. Kenn. 93, 182, 249, mei primo 2, 304, 596, Lxx, Vulgatus, Analogia. Chaldaeus, Syrus, et Arabs plur. habent nomen Chananaei.

I 34 לעמק *ad vallem* — בעמק *in vallem*, Kennic. cod. 70, 145, 253 primo 90, mei 789, primo 211, 663.

I 35 חרס *Cheres* — חרם *Cherem*, cod. Kennic. 1, 70, 113, forte 93, mei 249, 440, primo 827, videtur 789, ex exter. 84 primo.

II 1 ממצרים *de Aegypto* — מארץ מצרים *de terra Aegypti*, cod. Kennic. 224, Syrus, Arabs. In plerisque mss. et antiquis editionibus deest *piskà*, seu lacuna, quae ibi conspicitur.

II 3 מפניכם *a facie vestra* — מלפניכם cum ל inserto, cod. Kennic. 85, 93, 145, 149, 180, 182, 187, 249, primo 114, cod. mei 20, 226, 663, 716, primo 2, 211, 305, nunc 4, 545, Bibl. Sonc., Proph. Sonc. 1486.

II 4 הדברים *verba* — כל הדברים *omnia verba*, cod. Kenn. 1, 30, primo 171, forte 130, mei 20, 226, exter. meae collat. 18 primo, sed contra veterum interpretum fidem. Pro praecedenti יהוה cod. meus hisp. 575 legebat primo אלהים.

Ibidem אל כל בני ישראל *ad omnes filios Israel*. Deest כל *omnes* in Kennic. cod. 150, in meo 782 primo, in Syro, et Arabe.

II 7 אשר ראו *qui viderunt* — ואשר ראו *et qui viderunt*, cod. Ken. 77, 112, 198, 601, 602, nunc 1, mei 13, 440, 539, primo 249, 335, 663, Biblia Sonc., Prophetae Sonc., Syrus, Vulg., Arabs. Male copulam exprimit lat. interpres Chaldaei.

II 9 חרס *Cheres* — חרם *Cherem*, cod. Kenn. 403, forte 355, mei 2, 249, Biblia Sonc. 1488.

Idem חרס *Cheres* — סרח *Serach*, Kennic. cod. 477, 514, 597, forte 540, 590, 612, mei 518, primo 226, 304, Syrus, Vulg., Arabs, et loc. parallel. Josue XXIV 30. R. Isaias hunc Josuae locum exponens haec notat: » *In Timnath Serach*. Alibi locus hic vocatur *Timnath Cheres* Jud. II 9, sed unum idemque voces istae significant. Sic כבש et כשב *agnum*, שמלה et שלמה *vestem* denotant ». V. Abicht *R. Esaiae Comm. in Jos.* p. 41.

Ibid. בהר *in monte* — אשר בהר *quae est in monte*, cod. Kenn. 2, 93, 180, 252, nunc 176, meus 211 primo, Syrus, Arabs.

II 22 ללכת בם *ad ambulandum in iis* — ללכת בה *ad ambulandum in ea*,

Kennic. cod. 174, 602, forte 150, meus 2 primo, Lxx, Vulgatus, Syrus. Praecedit sing. דרך, unde favet contextus, ac plerique codices notant ad marg. סב׳ בה *conjiciunt in ea*, quod et necessario legendum vult Houbigant. in h. l. Chaldaeus et Arabs, qui legunt in plur., in plur. vertunt *vias*.

III 3 הר *montem* — בהר *in monte*, cod. Kennic. 187, meus 20, Vulgatus.

III 7 האשרות *lucis* — העשתרות *Astaroth*, cod. Kennic. 253, meus 20, Syrus, Vulgatus. » Optime sensum exprimit haec Vulgatae lectio, estque conformis aliquibus Chaldaeis libris et textui Syro, eratque *Astaroth* generale nomen idolorum femineorum, sicuti *Baalim* masculorum: » Bukentopius *Lux de luce* p. 163. » Male consociantur luci cum Baalim, quod antecedit, neque luci colebantur, sed dii, quorum erant luci. Omissum fuit ת post ש, cum olim legeretur אשתרות *Astaroth* »: Houbigantius in h. l.

III 10 ארם *Aram* — ארם נהרים *Aram naharaim*, cod. meus 20 primo, cod. Vat. Lxx, Syrus. Ita v. 8. Cod. meus 335 versu 12 pro על כי legit cum Vulg. כי.

Ibid. ושם האחד סנה *et nomen unius Seneh* — ושם השני *et nomen alterius Seneh*, Kenn. cod. 93 marg., 96, 182, et primo, ut videntur, 60, 100, qui habent האחד sup. ras., cod. mei 604, primo 716, nunc 20, 174, et Biblia Soncinensia. Ita etiam Prophetae Soncin., sed foemin. השנית, sicque legunt cod. mei 579, primo 663, qui cum Soncin. Prophetis saepe congruunt.

XIV 10 עלינו *super nos*. Melius אלינו *ad nos*, Kenn. cod. 1, 23, 30, 89, 150, 176, 226, 227, 253, primo 130, mei 13, 304, 341, 440, 688, 716, primo 2, 226, 579, 701, nunc 191, 667, in quorum numero nonnulli hispani et accurati, Bibl. Soncin., Brixiensia, Prophetae Sonc. 1486. Cod. ext. 1 meae collat. notat ad marg. sic legere alia exemplaria.

Ibid. בידנו *in manum nostram* — בידינו *in manus nostras*, Kenn. cod. 4, 23, 30, 70, 71, 85, 89, 93, 96, 112, 113, 149, 150, 168, 172, 174, 176, 180, 187, 195, 224, 250, 251, mei 10, 13, 20, 174, 226, 579, 663, 667, primo 679, Biblia Soncin., Pisaur. 1517, Prophetae priores Soncin. 1486, Leir. 1494, Pisaurenses utrique cum Comm. Kimchii et Abarban. 1511, Lxx, Vulgatus, Arabs.

XIV 14 צמד *jugeri* — צמד בקר *jugeri boum*, cod. Kennic. 30, 249, Chaldaeus, Syrus, Vulg., Arabs.

XIV 18 ובני *et filii Israel* — עם בני *cum filiis Israel*, cod. Kenn. 150, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus et Arabs. Lxx לפני *coram filiis Israel*. Lectio magis contextui analoga, ac melior, quam communi praefert Köhlerus. V. ejus *Verbesserungen der leseart in einig. stellen des A. T.* in *Repert. or.* T. II p. 256.

XIV 19 ידך *manum tuam* — ידיך *manus tuas*, Kenn. cod. 2, 3, 4, 30, 71, 85, 89, 93, 96, 112, 113, 150, 155, 160, 168, 172, 174, 182, 195, 224, 246, 250, 253, 601, 602, primo 128, 144, 158, cod. mei 10, 20, 21, 226, 305, 518, 576, 579, 663, 679, 688, 701, 789, primo 575, 596, exter. 1 nunc, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Pisaurensia 1517, Prophetae priores Soncin. 1486, Pisaurenses cum Comm. Abarb. 1511, Lxx. Prophetae priores Pisaur. cum Comm. Kimchii legunt יד.

XIV 21 והעברים *Et hebraei*. Lxx והעבדים *et servi*, quorum lectionem sequitur Houbigantius, sed superstites codices non confirmant. Idem dicendum de altera lectione, quam ex Lxx, Syro, ac Vulgato in hoc versu restituit. Illi enim pro סביב וגם המה *circum et etiam ipsi*, aptiori sensu legerunt סבבו גם המה *circumdederunt*, vel *reversi sunt etiam ipsi*.

XIV 23 את בית און *Beth-aven* — עד בית און *usque ad Beth-aven*, Kenn. cod. 30, 176, et ut videtur, primo

82, 175, qui habent את sup. ras., cod. mei 211, 295, 679, 701, primo 21, Chaldaeus, ac Vulgatus.

XIV 27 ותראנה *et viderunt* — ותארנה *et illuminati sunt*. Chald., Syrus, Vulgatus, et Arabs sequuntur Keri, illudque habent in textu codices nonnulli, Biblia Soncin., Brixiensia, ac Prophetae Soncin. 1486.

XIV 30 לוא *utinam* — לא *non*, Kenn. cod. 1, 70, 145, 174, 182, 227, 253, mei 554, 579, primo 1, 440, 663, 667, 701, et ut videtur 341, 596, Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486, Syrus, et Arabs. Plene לוא mei 20, 715.

XVI 32 Keri ויעט *et divertit* in textu in plurimis codicibus, et in Bibliis Soncinensibus, Complutensibus, in Prophetis Soncin. 1486, illudque sequuntur antiquae omnes versiones. Sed Capellus putat retineri posse Chediv, ac commode repeti a עוש, quod convenire ac turmatim coire significat. V. *Crit. sacr.* p. 258. Multi etiam codices, ac nonnullae vetustae editiones legunt השלל cum ה praefixo.

XIV 34 אל הדם *ad sanguinem* — על הדם *super sanguine*, ut sup. v. 33, Kenn. cod. 2, 30, 70, 89, 90, 93, 96, 145, 150, 180, 224, 602, primo 85, 130, 250, 251, 252, cod. mei 4, 20, 226, 295, 596, 688, 701, 715, 716, primo 191, 249, 319, 554, 667, 737, exter. meae collat. 1, Biblia Munsteri 1536 in Append., et Amstelodam. Menassè ben Israel ad margin. Norzius notat ad h. l. ita legi *in editione cum Comm. Abarbanelis, et in mss. nonnullis codicibus*. De editione falsum, nam Prophetae priores Pisaurenses cum Comm. Abarban. 1511, quos proculdubio intelligit et saepe producit, legunt אל הדם. Kenn. 71, et meus 579 את הדם *sanguinem*.

XIV 36 ולא נשאר בהם *nec relinquamus in eis*. מהם *ex eis* legunt Ken. cod. 96, 182, 227, meus 305 primo, Syrus, Vulgatus, et Arabs.

XIV 44 כה יעשה *sic faciat* — כה יעשה לי *sic faciat mihi*, Kennic. cod. 1, 23, 30, 85, 89, 93, 96, 145, 149, 150, 160, 168, 172, 174, 187, 198, 205, 206, 224, 225, 226, 227, 228, 250, 251, 253, 301, 307, 309, 310, 319, 322, 336, 337, 350, 355, 366, 375, 396, 403, 420, 421, 431, 461, 471, 473, 474, 475, 477, 490, 526, 530, 531, 541, 549, 562, 569, 575, 587, 590, 596, 597, 598, 601, 606, 607, 612, 614, 616, 632, 641, primo 114, 171, 204, 252, 318, 428, 462, 642, nunc 155, 176, 180, 210, 249, 410, 423, 476, 559, 602. Ad eorum classem qui ita prima manu legunt, amandandus ex collatione Henr. Michaëlis 375, ex mea 475. Accedunt ex meis 2, 13, 20, 191, 211, 226, 249, 346, 380, 440, 554, 579, 596, 663, 701, 789, primo 545, 679, 765, nunc 341, 413, 667, 716, ex exteris a me collatis 1, 2, 47, 84, primo 103, Biblia Soncin. 1488, Brixiensia 1494, Antiqua sine anno et loco, LXX, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus, et Arabs. In meo exempl. Prophetarum Leir. 1494 antiqua manu suppletum לי. Lectionem hanc sistunt ad margin. utraque Biblia Bomberg. 1518, et utraque Munsteriana Hebraeo-Latina 1534, 1546, in

Appendice Munst. 1536. Biblia Nisseliana, ac Prophetae priores Thessalon. 1535 exiguum hic spatium relinquunt adjecto circello, ut denotent alios codices inserere לי. Kenn. 560 addit לי post אלהים. Restituendum ergo לי perperam omissum.

Ibid. תמות *morieris* — ימות *morietur*, cod. Kenn. 571 ad marg., primo meus 380, et Lxx.

XIV 50 אבינר *Abiner* — אבנר *Abner*, Kenn. cod. 3, 4, 30, 70, 71, 89, 93, 96, 150, 153, 168, 176, 210, 246, mei 380, 737, primo 305, 596, ut legitur versu seq.. Kennicottus affert hic sola Biblia Brixiensia quae legant duobus verbis אבי נר. Ita codex meus 579, Biblia antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, atque utrique Prophetae priores Pisaurenses an. 1511.

XV 1 על עמו על ישראל *super populum suum, super Israel* — על עמו ישראל *super populum suum Israel*, cod. Kenn. 84, 150, mei 226, 716, Machazor Soncin. 1486, Machaz. aliud Soncin. sec. xv, Vulgatus, nec dissentiunt Syrus et Arabs, qui habent *super Israel populum suum*. Codex meus 440 legebat primitus tantum על ישראל *super Israel*, ut cod. Vatic. Lxx.

XV 3 עתה לך *Nunc vade* — ועתה *Nunc ergo vade*, Kenn. cod. 18, 71, 76, 150, 173, 196, 674, primo 50, 128, forte 3, cod. mei 233, 443, 476, 502, 594, primo 20, 61, 197, 262, 380, 440, 486, 597, 701, nunc 21, 543, 679, Lxx, Chald., Vulgatus.

Ibid. עד אשה *usque ad mulierem* — ועד *et usque ad mulierem*, Kenn. cod. 2, 3, 4, 18, 23, 30, 50, 56, 70, 71, 76, 80, 85, 89, 93, 96, 106, 112, 125, 136, 150, 170, 172, 174, 176, 182, 195, 196, 210, 224, 225, 226, 227, 251, 253, 294, primo 128, 130, 155, 168, 384, cod. mei 1 in Aphr., 16, 21, 191, 197, 198, 200, 226, 230, 233, 249, 262, 267, 295, 373, 378, 380, 419, 443, 476, 486, 502, 507, 535, 539, 543, 554, 555, 562, 592, 594, 596, 597, 606, 627, 674, 688, 701, 721, 814, 825, primo 11, 20, 30, 61, 187, 265, 305, 440, 518, 545, 575, 579, 663, 667, 679, 700, 765, 827, nunc 3, 376, 715, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Complutensia, Prophetae Leirenses 1494, Pentat. antiquus membr. in 4. in Aphr., Pent. CPol. 1522, Pent. Venet. 1548, Machazor Soncin. 1486, Machazor alter. Soncin. sec. xv, Machazor Pisaurense sub init. sec. xvI, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs. Cetera etiam nomina habent in hoc versu ועד, unde melior haec lectio et anteponenda.

XV 5 וירב *et insidiatus est* — וירד *et descendit*. Ita forte olim scriptum conjicit Houbigantius, hancque scripturam se interpretando secuturum testatur, si aliquam haberet in mss. codicibus auctoritatem. Habet in Kenn. 111, et ut videtur, ex prima manu in meo 715.

XV 7 בואך *veniente te ad Sur* — עד בואך *usque ad venire te ad Sur*, cod. mei 319, primo 211, 249, Lxx, Vulgatus.

Ibidem שור *Sur*. Inspecturus num ulla in hoc nomine lectionis varietas, reperi in cod. meo 378 primo scriptum אשור *Assur*.

XV 9 והמשנים *et secundanos* — והשמנים *et pinguia*, codex meus 594 aperte etiam cum punctis in Apht. hujus loci, Lxx, Syrus, Chaldaeus, et Arabs. Conf. Michaëlis et Houbigantius. Codex meus 21 legebat primo, ut ego conjicio, ועל הבקר ועל המשנים. Pauci והכרים.

XV 18 עד כלותם *usque ad destruere illos* — עד כלתך *usque ad destruere te*, cod. Kenn. 182, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Arabs, hancque lectionem in versione sua sequitur Houbigantius.

XV 22 כזבחים *et sacrificiis* — ובזבחים *et in sacrificiis*, Kennic. cod. 50, 89, 95, mei 291, 596, 737, primo 1, 211, 267, 486, 555, 825, nunc 419, Prophetae Soncin. 1486.

Ibid. כשמע *sicut audire* — בשמע *in audiendo*, Kenn. cod. 228, 246, primo mei 305, 594, 721. Kenn. 674, ac bini mei 419, 597 habent לשמע. In Kenn. Bibliis producuntur hic etiam sex codices, et Prophetae Sonc. 1486 ut legentes שמוע, omisso כ. Sed ex mendosa continuatione lineae confusa est varia haec lectio cum seq. שמע, quod codices illi plene legunt שמוע. Hoc certe indicare voluit Kennicottus, et ita legunt posteriori loco producti Prophetae Sonc., non priori loco, ubi servant communem lectionem כשמע.

XV 23 וימאסך *et reprobavit te* — וימאסך יהוה *et reprobavit te Dominus*, Kenn. cod. 30, 70, 95, 109, 187, 225, 665, mei 265, 827, primo 174, 262, nunc 16, Lxx, Vulgat., et Arabs. Perperam Domini nomen additum in latina vers. Chaldaei.

XV 24 דבריך *verba tua* — דברך *verbum tuum*, Kennic. cod. 80, 111, 170, 251, 253, cod. mei 2, 197, 198, 226, 233, 291, 440, 443, 554, 592, 594, 667, 814, primo 21, 211, nunc 737, Biblia Soncin. 1488, Pent. antiquus membran. in 4., Machazor Soncin. 1486, Machaz. aliud Soncin. sec. xv, Machazor Pisaur. editum sub in. sec. xvI, Lxx, et Arabs.

XV 25 ליהוה *Domino* — ליהוה אלהיך *Domino Deo tuo*, Kennic. cod. 89, 294, Lxx.

XVI 1 אל שאול *ad Saul* — על שאול *super Saul*, melius Kenn. cod. 1, 30, 96, 101, 144, 150, 174, 182, 187, 198, 224, 250, 252, sed 250 primo, teste ms. collatione, addendusque 475 a me collatus, ex meis vero 13, 20, 226, 295, 518, 539, 679, 701, primo 1, 249, 440, 512, 667, 737, ex exter. 1. Meus 319 ad margin.: *alii libri* על.

XVI 2 בידך *in manu tua* — בידיך *in manibus tuis*, Kenn. cod. 70, 112, 174, mei 13, 305, 380, 663, 701, primo 440, Biblia Veneta utraque an. 1518, ac Munster. tria 1534, 1536, 1546. Versiones omnes in sing.

XVI 4 ויאמר *et dixit* — ויאמרו *et dixerunt*, Kenn. cod. 2, 30, 70, 89, 160, 172, 187, 198, 601, 602, primo 128, 158, 173, 182, 251, forte 94, nunc 252, cod. mei 2, 20, 211, 226, 341, 554, 663, 701, primo 191, 335, 440, 579, 596, 716, nunc 545, Biblia Soncin., Prophetae Soncin., Lxx, Chaldaeus, Syrus, Vulg., Arabs. In plur. etiam legit codex meus 295 hispanus et accuratus, sed cum *kibbutz*, et Keri ad margin. ויאמרו, ac verosimile est ex lectione hac plur. defectiva ortam singularem ויאמר, quam hodie habemus. Analogia sane contextus pluralem postu-

lat, sicque conjiciunt legendum scribae, ut notant hic ad marg. cod. mei 304, 512, 518, 604, aliique. Recte ergo plur. lectionem restituendam contendit Houbigantius.

XVI 18 הנה *ecce* — הנה נא *ecce nunc*, cod. Kenn. 253, meus 579 primo, seu cum נא sine punctis, Biblia Soncin., ac Prophetae Soncin. 1486. Confusum cum altero הנה נא, quod occurrit versu 15.

XVI 23 רוח אלהים *spiritus Dei* — רוח אלהים רעה *spiritus Dei malus*, Kenn. codex 145, 150, 174, 182, 249, mei 604, 701, 305, Lxx, Chald., Syrus, Vulgatus, Arabs. Ita legitur vers. 16, nec aliter legendum juxta Houbigantium, ac veterum interpretum fidem.

XVII 15 מעל *desuper Saul* — מעם *a Saul*, Kenn. cod. 89, 150, 174, 182, meus 191 hispan. primo.

Ibid. בית לחם *Bethlehem* — בבית לחם *in Bethlehem*, melius cod. meus 765 hispan. primo, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XVII 24 בראותם *videntibus eis* — כראותם *ut viderunt ipsi*, Kenn. cod. 1, 253, meus 547 ad margin., Prophetae Soncin. 1486, item Biblia Soncin. hic a Kennicotto omissa.

XVII 34 לאביו *patri suo* — לאבי *patri meo*, Kennic. cod. 3, 85, 89, 112, 182, 226, 227, 250, 614, nunc 113, 154, 174. Ad hos postremos, qui exhibent ו abrasum, referendus 250, eique addendus ex mea collatione 475, ex meis autem 13, 21, 486, 507, 543, 547, 579, 604, 662, 716, 825, 868, primo 6, 596, nunc 174, 197, 210, 211, 249, 319, 376, 667, 701, 715, ex exter. 84, et Syrus. Codex meus 782 notat ad margin.: *alii libri* לאבי.

Ibid. זה *hoc* — שה *agnum*. Ita legunt omnes codices, ex Kennicottianis centum octoginta quatuor in h. l. longo ordine producti, ex meis sexaginta quatuor et amplius praeter nonnullos exteros, quoad vocabulum hoc collatos. Ita editiones omnes antiquae, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia, Complutensia, Bombergiana utraq. 1518, Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses utrique 1511. Lectio זה est putidum et apertum mendum, quod omnium prima invexerunt Biblica masorethica R. Jacobi Chaiim anni 1525, quodque antiqua manus in meo exemplari emendavit. » In nonnullis editionibus, inquit Norzius, scriptum est זה, mendose, quia in omnibus codicibus mss. et editionibus antiquis scriptum est שה. Sic interpretatur Jonath., sicque illud scripserunt Abarb., et auctor *Cheli jakar*, et *Concordantiarum* ». Conf Houbig. in h. l., Kenn. *Diss. gen.* p. 17, Bruns. *De var. lect. Bibl Kenn.* in *Repert. or.* T. XIII pag. 71. Absit autem ut mendum hoc docto editori Jacobo Chaiim adscribam, aut ex ms. quodam, ut perperam conjicit Brunsius, putem eum desumpsisse. Falsissimum namque est, quod notat idem Brunsius, Biblia illa Rabbinica 1525 notare ad margin. שה ק׳, nec nobis idcirco anxie exquirendum quonam in terrarum angulo delitescat ms. codex, qui hanc lectionem servet, hocque Keri. Hic ergo error mere typographicus est, unusque ex illis, ut recte ad Prover. X 3 notat Norzius, שכיון שנפל בדפוס א׳ כולם טועים אחריו *qui quum in unam editio-*

nem cadit, reliquae omnes sequuntur. Ita factum ut in plurimas optimas editiones, Bombergianas praesertim, Athianas, Leusdenianas, Hoogtianas sit propagatus. At vero aliae plures ex iis quae Chaiimi Biblia sunt subsecutae, errorem emendarunt, et ex iis quae ad manus sunt, שה *agnum* in textu legunt Biblia Parisiensia Roberti Stephani 16. 1544, Veneta 4. 1551, Veneta 1563, Polyglotta Sanctandreana 1586, Hartmanniana 1595, Veneta 1635, Polyglotta Londinensia 1657, Ven. 1690, Veneta 1730, Veneta 1739, Mantuana Nòrzii 1742, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Prophetae priores Lips. cum Comm. Abarban. 1686. Nonnullae notant praeterea ad margin.: שה *sic legi debet, Chediv et Kerì,* seu ita omnino legendum sine ulla varietate lectionis, ut Biblia Veneta 1690, 1730, 1739, 1766, Pisana 1781.

XVII 35 והצלתי *et eripiebam* — והצלתיו *et eripiebam illum,* Kennic. cod. 3, 93, 96, 139, 182, 224, primo 155, 168, mei 507, primo 187, Chald., et Syrus. Arabs nomen *agni* repetit.

XVII 38 קובע *galeam* — כובע cum כ, Kenn. cod. 3, 89, 96, 112, 150, 174, 182, 253, 614, primo 130, defect. כבע 1, codices mei 20, 380, 440, 554, 579, 627, 663, 679, 701, primo 211, 545, 596, nunc 196. Ita cum כ, sed defect. כבע Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae priores Pisaurenses cum Comm. Abarban. 1511. Alia editio Prophet. Pisaurensium cum Comm. Kimchii legit קובע. Kenn. codicibus adde ex Bibliis Halens. 375, seu Erfurt. 5.

XVII 42 מראה *aspectu* — עינים *oculis,* Kenn. cod. 128, 224, primo 2, nunc 30, Lxx.

XVII 44 השדה *agri* — הארץ *terrae,* Kennic. cod. 30, 84, 85, 89, 96, 100, 101, 130, 153, 160, 176, 198, 250, 601, 614, mei 304, 305, 627, 688, 701, 716, ex ext. meae collat. 18 primo, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Quod spectat tamen ad Chaldaeum, Targum Leirense 1494 habet דחקלא *agri*. Item in Kenn. cod. 250 deletum הארץ, et ad margin. suppletum השדה, ut eruo ex ms. ejus collatione. In meo 346 incertus scriba quam lectionem praeferret, unius verbi spatium reliquit, ut alterutra suppleretur, quod praestitum non est. Biblia Veneta 1678 notant ad marginem: *Aliud exemplar correctum habet* הארץ, *sicque vertit Jonathan, et sapientes nostri. Vide Kimchium.* Hoc idem repetit margo Bibliorum Venetorum 1690, 1730, 1739. Prophetae Sonc. 1486, ac Vulg. omittunt הפלשתי *Philistaeus.*

XVII 46 לישראל *Israeli* — בישראל *in Israel,* Kenn. cod. 30, 96, 154 margin., 249, 252, 253, primo 4, 158, mei 579, 663, 737, 789, primo 187, 305, 596, nunc 21, Biblia Soncin., Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus.

XVII 47 בידנו *in manu nostra* — בידינו *in manibus nostris,* cod. Kennic. 16, 30, 70, 71, 93, 96, 112, 144, 150, 154, 158, 160, 168, 174, 176, 224, 246, 250, 251, 253, 601, quibus ex mea collat. addendus 475, cod. mei 13, 21, 226, 249, 341, 380, 440, 518, 539, 663, 667, 679, 701, 737, Biblia

Soncinensia, Brixiensia, Lxx, Syrus, Vulgatus.

XVII 52 ועד עקרן *et usque ad Hechron* — עד *usque ad Hechron*, codex Kenn. 60, 253, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486.

XVII 57 וכשוב *Et quum rediit* — ובשוב *Redeunte vero*, Kennic. cod. 1, 85, 70, 112, 172, 249, 253, forte 89, 176, cod. mei 2, 13, 20, 187, 191, 210, 211, 226, 295, 305, 346, 440, 554, 579, 627, 679, 688, 716, 737, primo 545, 596, 765, nunc 380, 701, videtur 304, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Complutensia, Veneta 8. 1572, Veneta 1613, Veneta 1647, Veneta 1690, Veneta 1730, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae priores Pisaurenses cum Comment. Kimchii 1511, iidem cum Com. Abarban., Thessalonicenses 1535. Dubios nonnullos codices omitto, sed in productis multi hispani bonae notae, et editiones ex hisp. codicibus desumptae.

XVIII 14 לכל *omnibus viis suis* — בכל *in omnibus viis suis*, melius Kenn. cod. 96, 150, 174, 225, 246, primo 93, cod. mei 576, 663, 688, 701, 789, primo 341, 545, 575, 596, 827, nunc 226, 440, ex ext. meae collat. primo 1, 18, Biblia Sonc., Biblia Brixiensia, Prophetae Sonc. 1486, Rabboth, Lxx, Syrus, Vulg., Arabs, Targum Leirense 1494. In codicum numero hispani et accurati.

XVIII 19 לעדריאל *Adrieli* — לעזריאל *Azrieli*, Kenn. cod. 93, 96, 182, primo 249, nunc 145, meus 380, Syrus, et Arabs, faveteque cod. Alex. Lxx.

XVIII 23 התחתן *affinitatem contrahere*. Nonnulli codices להתחתן cum ל, ut Kenn. 89, 145, 150, 187, 246, primo 128, mei 380, 545, primo 21, 211, 305, nunc 440, 701.

XVIII 25 כי *quia* — כי אם *sed*, Kenn. cod. 1, 71, 187, 250, 355, mei 226, 545, 715, primo 663, nunc 679, Lxx, Chaldaeus, Syrus, favetque Vulg. *nisi tantum*.

XIX 6 יומת *occidetur* — ימות *morietur*, cod. Kenn. 30, 182, Prophetae Soncin. 1486, Lxx, Syrus.

XIX 7 אל שאול *ad Saul* — לשאול *Sauli*, Kennic. cod. 130, 139, 150, 252, primo 114, nunc 113, mei 21, 518, 627, primo 191, nunc 782, Biblia Veneta 1678, Ven. 1730, Veneta 1739, Veneta 1766, Pisana 1781. Criticus judaeus, qui in codice meo 782 hispano anni 1277 correxit לשאול, notat ad margin.: יפה בס' מוג' *Pulchrum sicque legitur in codice correcto*. Biblia Veneta 1678 notant ad margin.: *Ita legi debet juxta codices omnes hispanicos*, quod falsissimum est. Biblia Veneta 1690: *Et in cod. hisp. mss.* לשאול. Biblia Veneta 1730: *Ita reperitur in hispanis codd. mss.*, *sunt autem codices alii*, *in quibus scriptum est* אל שאול, quod notat et cod. meus 518. Pauci codices sequuntur hanc lectionem, pauciores hispani, ac Norzius, qui in uno codice eam reperit ex secunda manu, testatur in reliquis omnibus codicibus, quos ad manus habebat, communem lectionem servari.

XIX 8 גדלה *magna* — גדלה מאד *magna valde*, cod. Kenn. 70, ac Lxx.

XIX 9 ביד *manu* — בידו *manu sua*, Kenn. cod. 150, 224, primo 1, primo meus 554, Lxx, Vulg., Targum cod. mei 737, sed Lxx in plur. Kenn. 128, meus 545 primo, et Arabs omis-

so יהוה, legunt רוח רעה *spiritus malus*.

XIX 17 שלחני *dimitte me* masc. — שלחני foem. cod. mei 2, 3, 4, 21, 187, 196, 210, 211, 226, 249, 319, 335, 346, 380, 440, 512, 554, 575, 576, 596, 604, 667, 716, 765, 782, 789, 827, nunc 305, in quorum numero hispani multi melioris notae. Sic legunt Erfurtenses codices apud Henric. Michaëlis in *Diss. de mss. codd. Erfurt.* pag. 17, *haud dubie rectius*, subdit Michaëlis, *adloquitur enim David uxorem suam Michal*, *unde foem. genere opus erat*. Ex editis lectionem hanc, rectiorem sane ac praeferendam, sequuntur Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, accuratissima, et ex hispanis accuratissimis codicibus hausta, Prophetae priores Leirenses 1494 ex hisp. et optimis mss. et ipsi expressi, Biblia Parisiensia Rob. Stephani in 16., Polyglotta Sanctandreana 1586, Halensia 1720, Simonis 1752. Biblia Reinecii 1756 notant *mss. quidam* ח. Ex Kenn. codicibus non dubito quin plures, iique praestantissimae notae in foem. legant, si conferantur quoad puncta. Interim vero huc trahendus 168, qui plene habet שלחיני. Ita etiam in foem. ac plene legit Targum Leirense 1494 contra fidem impressi in Polyglottis Waltonianis, quod hic mendosam lectionem masc. confirmat.

XX 6 בית לחם *Bethlehem* — עד בית לחם *usque ad Bethlehem*, Kennic. cod. 1, 249, ad margin. Biblia Bomberg. utraque 1518, et in Appendice Munst. 1536. Ven. 1525-28, et 1533 circellum hic exhibent ad indigitandum cod. dissidium. Voc. עד legunt LXX.

XX 7 אם *Si* — ואם *Et si*, Kenn. cod. 155, 187, 253, primo 70, primo mei 579, 663, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486, Arabs. Biblia Bombergiana 1518 servant hic ad marg. variam lectionem חלילה לי *absit mihi* pro לך *tibi*, sed ea mss. codicum, et antiquarum vers. auctoritate destituitur.

XX 12 יהוה *Dominus* — חי יהוה *vivit Dominus*, cod. Kennic. 560, ad margin. 224. Syrus et Arabs supplent *Testis*. V. multa apud Houbigantium in h. l.

XX 28 את שאול *Saul* — אל שאול Kenn. cod. 89, 95, 108, 109, 150, 174, 187, 244, forte 102, 125, quibus ex Schelling. addendus est 384 primo, ex ms. collatione 246 nunc, ex meis 226, 373, 384, 440, 443, 507, 539, 547, 562, 579, 596, 606, 674, 700, 737, 814, primo 197, 211, 543, nunc 679, Biblia Soncinensia, Biblia Brixiensia, Prophetae Leirenses 1494, Pentat. antiquus memb. in 4. sec. XV in Aphtar., Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud Soncin. sec. XV, Machazor Pisaur. sub init. sec. XVI editum.

Ibid. שאול *Saul* — שאול אביו *Sauli patri suo*, cod. Kenn. 23, 70, 109, 150, 151, 196, 294, mei 61, 267, 373, 419, 594, 701, 825, primo 248, nunc 1 in Apht., 2, 226, 248, 291, 543, 562, Prophetae prior. Leirenses 1494, Syrus, Targ. cod. mei 737, Targ. Leir. 1494. Vocab. لابيه *patri suo*, addit et Arabs, sed omisso nomine Saulis. In cod. meo 486 אביו primo suppletum, sed rursum deletum, nec illud scribi in hoc loco notat margo cod. 596. Ita infra legitur, unde orta codicum varietas.

Ibid. ויען יהונתן את שאול *Responditque Jonathan Sauli*. Addunt לאמר *dicens* cod. meus 604, Lxx, Syrus, Arabs.

XX 29 אמלטה נא *evadam quaeso* — שלחני *dimitte me*, cod. Kennic. 253, Biblia Soncin., Prophetae Sonc. 1486. Cod. meus 579 habet haec verba sup. ras. rescripta, ut primo certe legerit שלחני, et ex ipso sane codice ac fonte mendosam hanc lectionem hauserint Prophetae Soncinenses, unde in Bibl. Soncin. ac Kenn. cod. 253 est derivata.

XX 30 ביהונתן *in Jonathan* — ביהונתן בנו *in Jonathan filium suum*, Ken. cod. 95, 96, 136, 158, 196, 244, 249, 384, mei 248, 380, 440, 543, 665, 737, primo 20, 211, 555, 825, 851, nunc 61, 554, 663. Arabs legit *in filium suum*, omisso nomine Jonathanis. Codices nonnulli pro לבן legunt בבן, etiam hispani, ut meus 575 prima manu. Vers. 31 אלי *mihi*. Deest in Kennicott. 384 primo, teste Schellingio p. 221, in Lxx et Arabe.

XX 32 את שאול *Saul* — אל שאול, Kenn. cod. 93, 109, 111, 250, primo 70, mei 373, 380, 440, 443, 606, 665, 814, primo 543, 594, Machazor Soncin. 1486, Mach. aliud Soncin. sec. xv, aliud Pisaur. sub init. xvI. Vers. 35 השדה. Cod. Kenn. 384 בשדה *in agrum* ex collatione Schellingii p. 221.

XX 36 הנער *puer* — והנער *et puer*, Kenn. cod. 2, 76, 80, 89, 93, 95, 96, 110, 136, 150, 151, 191, 196, 198, 224, 244, 249, 294, 375, 384, 614, primo 70, 128, 168, 174, codices mei 4, 11, 21, 191, 248, 295, 380, 384, 443, 555, 575, 576, 594, 596, 604, 665, 701, 737, primo 187, 226, 230, 419, 543, 562, 579, 765 789, 850, nunc 20, 663, Biblia Soncin., Prophetae Sonc. 1486, Lxx, Vulgatus, Arabs, Chaldaeus quoque, etsi latina ejus versio nexum non exprimat. Melior lectio, contextui aptior, et plurium hispan. codicum bonae notae praesidio suffulta.

XX 37 הלוא *Annon* — הנה *ecce*, Machazor Soncin. 1486, Machaz. aliud Soncin. sine anno et loco sec. xv, Syrus, Vulgatus. Vers. 38 infiniti codices, etiam hispani, habent החצים in textu, et antiquae nonnullae editiones, ut Biblia Soncin., Brixiensia, Pent. antiquus in 4. in Aplt., Pent. Pragensis 1518 etc.

XXII 3 יצא *egrediatur* — ישב *maneat*, cod. Kennic. 30, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XXII 5 ארץ *terram* — אל ארץ *ad terram*, melius, Kenn. cod. 30, 70, 96, 102, 187, 198, 250, 253, 601, nunc 224, 614, mei 1, 20, 211, 380, 440, 545, 579, 737, primo 187, 226, nunc 663, Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486, analogia, eamque secutae versiones omnes. Kenn. 250 ad emendatos codices refert ms. ejus collatio. In hoc versu cod. meus 575 hispanus legebat ex prima manu ויבא עד יער חרת *et venit usque ad sylvam Chareth*.

XXII 8 גלה *revelans* — גלה מכם *revelans ex vobis*, primo codices mei 579, 663, Biblia Soncin., ac Prophetae Soncin. 1486.

XXII 10 ביהוה *per Dominum* — באלהים *per Deum*, codex meus 679 primo, Lxx, Syrus, Arabs. Vers. 13 אלי *ad me*. Multi codices עלי *adversus me*, inter quos hispani, ut meus 295.

XXII 17 אזנו *aurem ejus*. Keri אזני *aurem meam*, in textu sistunt multi codices, Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae Soncin., ac Versiones omnes. Ex Kennicott. tamen dele 246, 249, 250, 251, qui illud habent ad margin., ac perperam hic producuntur.

XXIII 4 בידך *in manum tuam* — בידיך *in manus tuas*, Kenn. cod. 112, mei 380, primo 440, 579, Prophetae Soncinenses 1486, Lxx, Syrus, Arabs.

XXIII 8 לצור *ad obsidendum* — לצוד *ad venandum*, vel *comprehendendum*, cod. Kenn. 99, primo 128, mei 20, 380, 765, primo 575. Bini postremi hispani. Ac variam hanc lectionem sistunt ad margin. utraque Biblia Bombergiana 1518, et in Appendice Basileensia 1536. Sed codex meus 295 notat ad margin. esse cum ר, Lxx *συνέχειν*, quod ad utrumque trahi potest, sed ad postremum trahit latinus eorum interpres.

XXIII 10 לעיר *urbi* — העיר *urbem*, Kenn. cod. 102, 154, 226, mei 20, 579, primo 440, Prophetae Soncin. 1486. Kenn. 198 עיר.

XXIII 13 באשר *quo ibant* — כאשר *sicut ibant*, cod. Kenn. 89, 93, 150, 174, 253, mei 20, 380, 715, 737, primo 440, 545, Biblia Brix. 1494. Idem meus 440, ac Kenn. 70, versu 16 pro חרשה legebant prima manu בחרשה *in sylvam*.

XXIII 18 ברית *foedus* — ברית בחרשה *foedus in sylva*, cod. Kenn. 253, prima manu mei 579, 663, Biblia Soncin., ac Prophetae Soncin. 1486.

Ibid. לביתו *ad domum suam* — לדרכו *in viam suam*, Kenn. cod. 93, 171, 187, 224, 246, 251, mei 4, 20, 716, 737, primo 211, contra fidem antiquarum versionum.

XXIII 19 החכילה *Chachila* — החבילה *Chabila*, cod. Kenn. 224, 253, cod. mei 2, 4, 226, 319, 440, 554, 679, 737, primo 305, 596, et ut videtur 545, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Veneta 1613, Prophetae priores Pisaur. cum Comm. Abarbanel 1511, Prophetae priores Thessalon. 1535. Bibl. Pisaur. 1517, et Prophetae Pisaurenses cum Comm. Kimchii sequuntur lectionem communem. Alii codices legunt החוילה *Chavila*, ut Kennic. 89, 174, primo meus 715. חוילה *sine dubio scriptio vitiosa*, *regio enim Chavila ab his*, *in quibus Davides versabatur*, *nimis remota*, inquit Michaëlis ***Narr. de Bibl. Kenn.*** pag. 44.

XXIII 22 הכינו *parate* — והכינו *et parate*, cod. Kenn. 89, 253, prima manu mei 545, 579, videtur 688, Biblia Soncin., Brixiensia, Lxx, Vulg.

Idem הכינו *parate* — הבינו *intelligite*, cod. Kenn. 99 primo, nunc 251, mei 20, 596, primo 715, nunc 187, Biblia Pisaurensia 1517, Proph. Sonc. 1486, Pisaurenses cum Comm. Abarban. 1511. Alia editio Proph. Pisaur. cum Comm. Kimchii in meo exemplari hic est dubia. Cod. meus 663 והבינו *et intelligite*, sed ו sine puncto. Kenn. 224, seu Regiom. 2, hic a Kennic. omissus, legit תבינו, teste Lilienthalio in *Comm. crit.* p. 209.

XXIII 23 וראו ודעו *Et videte et cognoscite* — ודעו וראו *Et cognoscite et videte*, ut versu praecedenti, cod. Ken. 2, 30, 67, 70, 85, 89, 96, 102, 150, 225, 253, ex mea collat. 475, cod. mei 3, 20, 211, 305, 512,

575, 579, 627, 667, primo 518, 596, 715, exter. 1, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Sonc. 1486, Syrus, Vulg.

XXIII 25 לבקש *ad quaerendum* — לבקש את דוד *ad quaerendum David*, cod. Kennic. 602, mei 226, primo 716, nunc 20, Syrus, et Arabs. Ita ad margin. utraque Biblia Bomberg. 1518, et in Append. Munst. 1536, ubi praeterea additur ואנשיו *et viros ejus*. Cod. meus 319 nunc, Lxx, Vulgatus לבקשו *ad quaerendum illum*.

Ibid. מדבר *desertum* — במדבר *in deserto*, cod. Kenn. 2, 30, 89, 96, 174, 249, primo 250, et ut videtur, 134, forte 154, mei 196, 737, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Arabs et Syrus *ad desertum*. Pro cod. Kenn. 251, qui hic vitiose irrepserat, correxi 250. Nam in mss. eorum collatione ita legit 250, non 251.

XXIII 26 וילך שאול *Et ivit Saul* — וילך שאול ואנשיו *Et ivit Saul et viri ejus*. Lectionem hanc, quae est Lxx interpretum, servant ad marg. utraque Biblia Veneta 1518 ex mss. proculdubio codicibus depromptam, quamquam collati in h. l. codices sileant. Cod. meus 20 וירד שאול *Et descendit Saul*, in quo praeterea versu seq. pro קראו correctum קרא. Lxx et Arabs in sing., sed passiva significatione, ut alicubi sumitur קרא.

XXIV 4 ויבא *Et venit ad caulas armenti* — ויבאו *Et venerunt ad caulas armenti*. Sic prima manu cod. mei 20, 579, 604, 663, nunc 701, Prophetae Soncin. 1486. Sed veteres omnes in sing.. Idem codex meus 20 primo, ac Kennic. 89, 154, nunc 246 אל הדרך *ad viam*.

XXIV 5 בידך *in manum tuam* — בידיך *in manus tuas*, cod. Kenn. 112, 174, mei 13, primo 341, 737, Lxx, Syrus. Multi codices, et nonnullae antiquae editiones habent in textu איבך.

XXIV 6 כנף *oram* — כנף המעיל *oram pallii*, cod. Kenn. 4, 150, primo ut videtur, 171, nunc 85, mei 545, primo 1, 20, 716, 789, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XXIV 7 ויאמר *Dixitque* — ויאמר דוד *Dixitque David*, cod. Kenn. 1, 150, 174, Lxx, ac Syrus.

XXIV 10 אדם *hominis* — בני אדם *filiorum hominis*, cod. Kenn. 96, exter. meae collat. 1 primo, ac Chaldaeus. Syrus, Vulgatus, Arabs *hominum*.

XXIV 16 מידך *a manu tua* — מידיך *a manibus tuis*, cod. Kenn. 112, 174, mei 380, 579, primo 440, 596, Prophetae Soncin. 1485, Syrus.

XXIV 21 תמלך *regnabis* — תמלך אחרי *regnabis post me*, codex meus 20 primo, et Arabs. Exter. 1 addebat prima manu על ישראל *super Israel*.

XXIV 23 על המצודה *super munitionem* — אל המצודה *ad munitionem*, Kenn. cod. 89, 96, 150, 155, 158, 160, 174, 176, 182, 224, 225, 228, 250 marg., 251, 601, 602, 614, primo 70, 128, mei 2, 20, 380, 440, 545, 596, 627, 679, 701, 716, 789, primo 13, 305, 667, nunc 663, ad margin. utraque Biblia Veneta 1518.

XXV 1 וירד *et descendit* — וילך *et abiit*, cod. Kenn. 2, 70, 89, 93, 96, 101, 224, 227, 601, 602, 614, primo, ut videtur, 3, sed 601, 602, prima manu, ut notant Biblia Halensia addendusque ex hisce Bibliis 375, seu Erfurtensis 5. Consentiunt ex meis 2,

576, 627, 679, primo 545, 716, et ut videtur 512, nunc 716, Biblia Bombergiana utraque 1518, Bombergiana 1521, Munst. bina anni 1534, 1546, Biblia Hutteri 1587, Prophetae priores Thessalonicenses 1535. Ac variam hanc lectionem denotat proculdubio circellus, qui hic conspicitur in Bibliis Nisselianis. Versiones tamen antiquae legunt omnes *et descendit*, et Biblia Veneta 1518 notant ad margin. ויוד, quod faciunt in textu Prophetae Thessalonicenses, sed sine punctis et cum duplici asterisco apposito.

XXV 3 כלבו *juxta cor*, vel *placitum suum* — כלבי *Calebita*. Ita corrigunt masorethae, ac Kerì in textu exhibent aliqui codices, et ex vetustis editionibus Biblia Soncin., Brixiensia, Basileensia 1536, Prophetae Pisaurenses anni 1511. Ex Kennicottianis codicibus expunge 246, 249, 250, 251, quorum collatio non recte intellecta.

XXV 7 שמעתי *audivi* — הנה שמעתי *ecce audivi*, nunc codex meus 380, ac Lxx.

XXV 8 לעבדיך *servis tuis* — לעבדך *servo tuo*, cod. Kenn. 182, 614, mei 579, primo 211, Biblia Soncin., Biblia Brixiensia, Prophetae Soncin., relato verbo hoc ad David, ut refert Arabs *filio tuo et dilecto tuo*. Ibidem לדוד *Davidi*. Cod. Kennic. 84, primo meus 305 דוד, non repetito praefixo, ut versiones omnes, excepto Targum. Multi codices באנו in textu, sicque ex antiquis editionibus Biblia Soncin., Brixiensia, ac Prophetae Soncinenses.

XXV 9 נערי *pueri* — עבדי *servi*, cod. Kennic. 174, 252, nunc meus 20, Syrus.

XXV 12 ככל הדברים *juxta omnia verba* — כל *omnia verba*, cod. meus 305 primo, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XXV 22 עד אור הבקר *usque ad lucem*, vel *auroram matutinam* — עד הבקר *usque ad mane*, Kenn. cod. 1, 2, 3, 4, 22, 23, 30, 67, 82, 84, 85, 89, 90, 94, 99, 100, 101, 102, 130, 134, 139, 144, 149, 155, 158, 162, 171, 172, 174, 175, 176, 178, 182, 195, 198, 225, 226, 227, 250, 251, 252, 254, nunc 150, 601, 602, ex Bibliis Halens. 375, seu Erfurt. 5, codices mei 1, 2, 3, 4, 13, 174, 187, 196, 210, 226, 249, 295, 304, 305, 319, 335, 341, 346, 413, 440, 509, 512, 518, 539, 575, 576, 627, 663, 667, 688, 715, 716, 737, 765, 782, 827, primu 701, Bibl. Pisaur. 1517, Complutensia, Ven. Rabb. 1525, Polygl. Antwerp., Polygl. Londinensia 1657, Biblia Hebr-.Latina Lipsiensia 1657, Prophetae priores Pisaurenses cum Comm. Kimchii 1511, iidem cum Comm. Abarbanel, Thessalonicenses 1535, Lxx, Syrus, Vulgatus. Biblia Hutteri ac Nisselii codicum dissidium circello indicant, ac margo Kenn. cod. 154 notat adesse libros, qui non legunt אור, qui sunt sane plerique, hispani, ac melioris notae. Hoc idem notant Biblia Norzii 1742, ac Liburnensia 1781, sed in notis nihil de hac variatione Norzius, quod summopere mirandum. Communis lectio videtur hausta ex vers. 34, ubi ea occurrit.

XXV 23 ארץ *terram* — ארצה *in terram*, Kennic. cod. 85, 150, 174, 226, mei 226, 701, primo 191, nunc 20.

XXV 24 אני *ego*. Deest in Kenn. 93, in meis 701, primo 663, in Lxx, ac Vulg. Sine punctis relictum ut abolendum, in Kenn. 224, seu Regiom. 2, ut notat Lilienth. *Comm. crit.* p. 210.

XXV 25 את לבו *cor suum* — אל לבו *super cor suum*, Kenn. cod. 249, 250, primo 93, 134, mei 4, 295, 545, 579, 627, 688, 737, primo 413, 715, nunc 319, Prophetae Soncin. 1486. Codex meus 518 hisp. legebat primo in hoc versu אל דברי איש *ad verba viri Belial*.

XXV 26 ועתה *Et nunc* — ואתה *Et tu*. Vitiosa lectio nulla codicum et interpretum auctoritate confirmata, quam Biblia Rabbinica Veneta 1525 in plures alias editiones invexerunt. Etenim omnium prima eam exhibent eadem Biblia Rabbinica 1525, deinde Bibl. Veneta 1525–28, Veneta 1533, Veneta 1544, Parisiensia Roberti Stephani 16. 1544, Veneta 1551, Veneta 1563, Veneta 1566, Polyglotta Antwerpiensia, Biblia Veneta 1572, Ven. 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Veneta 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Veneta 1690. Deinceps vel penitus sublata, vel ad margin. amandata, ut in Bibliis Venetis 1730, quae notant alios libros legere ואתה.

XXV 27 הביא *attulit* — הביאה *attulit* foem. Kenn. cod. 1, 30, 93, 94, 150, 154, 155, 182, 198, 226, 228, 601, 602, primo 168, 171, 249, nunc 225, mei 20, 380, 596, 663, 701, primo 13, 440, 545, 554, nunc 305. Kennicottianis addunt Biblia Halensia 375, seu Erfurtensem 5, adjecta tamen nota: *He redundat*. Alii codices habent הביאה ק', ut Kenn. 250 ex ms. ejus collatione, ac meus 2. Ac foem. genus postulat contextus ob nomen *ancillae*, quod sequitur, et ita legendum conjiciunt judaeorum critici, ut notat codex meus 1 aliique. 341 hispanus sistit post hoc verbum asteriscum, ut denotet abesse ה, vel Kerì הביאה, quod alii codices servant.

XXV 31 ולשפך *et ad effundendum* — לשפך *ad effundendum*, cod. Kennic. 30, 187, 253, mei 20, primo 579, Biblia Brixiensia, Prophetae Sonc., Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. *Impedit sententiam istud* ו. *Itaque id exhibet solus Chaldaeus. Caeteri legunt* לשפך, *quod et legendum*: Houbig. in h. l.

XXV 36 וגדול *et magnum* — או גדול *aut magnum*, Kenn. cod. 4, 96, primo mei 305, 737, Lxx, Vulg.

XXV 37 הדברים *verba* — כל הדברים *omnia verba*, Kenn. cod. 96, 154, primo meus 20, nunc 440, Arabs.

XXVI 1 מסתתר *tegitur* — מסתתר עמנו *tegitur nobiscum*, cod. Kenn. 93, 96, 150, primo meus 2, Lxx.

Ibid. החכילה *Chachila* — החבילה *Chabila*, cod. Kenn. 112, 224, 253, 602, primo 99, videtur 89, cod. mei 226, 319, 380, 554, 579, 663, 701, 737, primo 2, 210, 305, 596, et ut videtur, 440, nunc 545, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae priores Sonc. 1486, Leirenses 1494, Thessalonicenses 1535, Syrus et Arabs. Biblia Halensia recte addunt hic cod. Erfurt. 5, seu Kenn. 375, sed male inter fontes variae hujus lectionis producunt Biblia Veneta 1613, quae ita quidem in altero loco, ut monuimus, legunt, sed hic habent כ. Biblia Soncin., quae ut dubia referunt notae Kennicott., aperte legunt כ. Codex meus 174 החוילה.

Ibid. על פני *super facie Jesimon* — אשר על פני *quae est super facie Jesimon*, cod. Kenn. 1, 23, 30, 89, 93, 96, 150, 154, 158, 160, 174, 182, 187, 198, 201, 246, 249, 250, 253, 601, nunc 162, codices mei 20, 380, 440, 554, 579, 663, 679, 701, 716, primo 2, 191, 545, 596, 604, nunc 226, 305, 319, 715, 789, exteri meae coll. 1, 2, 84, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin., cod. Alex. Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Arabs relativum anteponit. Variam hanc lectionem ad marg. exhibent etiam Biblia Veneta bina an. 1518, et in Append. Basileensia 1536. Kenn. codicibus addendus ex Bibl. Halens. 375, seu Erfurt. 5 ad marg., ac delendus 224, qui, teste Lilienthalio, legit ad margin. אשר מימין *quae est ad dexteram Jesimon*, ut legitur cap. XXIII 19. V. *Specim. Pont. cod.* p. 44. Parallela verba habes vers. 3.

XXVI 3 החכלה *Chachila* — החבילה *Chavila*, cod. Kenn. 112, 253, primo 99, videtur 89, cod. mei 2, 380, 554, 679, 701, 737, primo 305, 579, 596, 663, et ut videtur, 440, nunc 545, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Soncin. 1486, Thessalonicenses 1535, Syrus, Arabs. Aperte Soncinensia, quae iterum ut dubia refert Kennicottus.

XXVI 8 איבך *inimicos tuos*. Keri איבך *inimicum tuum*, in textu habent plures cod. sive mss., sive editi. Ex editis Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia, Complutensia, Norziana 1742, Prophetae priores Pisaurenses utrique 1511, ac Thessalonicenses 1535.

Ibid. בידך *in manum tuam* — בידך *in manus tuas*, cod. Kenn. 112, mei 596, 701, Lxx, Syrus, Vulgatus.

XXVI 12 מראשתי *a cervicalibus Saul* — אשר מראשתי *qui erat a cervicalibus Saul*, cod. Kennic. 1, 30, Vulgatus, Arabs. Ita versu praecedenti.

XXVI 21 שאול *Saul* — שאול אל דוד *Saul Davidi*, cod. Kenn. 101, 187, Syrus et Arabs.

XXVI 23 ביד *in manum* — בידי *in manum meam*, Kennic. cod. 23, 70, 89, 93, 96, 112, 149, 150, 160, 168, 174, 187, 198, 224, 249, 250, 252, 253, 602, 614, primo 13, 113, cod. mei 2, 4, 20, 196, 211, 295, 319, 346, 380, 539, 554, 579, 596, 737, 765, primo 187, 226, 305, 518, 545, 575, 627, 716, 789, et ut videtur 191, nunc 174, 341, 413, 701, ex ext. meae collat. 1, 2, 84, Biblia Soncin. 1488 hic a Kenn. omissa, Brixiensia, Complutensia, Lxx, Chaldaeus, Syrus, Vulgatus, Arabs, sed Lxx et Syrus in plur.. Ita etiam ad marg. utraque Biblia Ven. 1518, utraque Munsteriana Hebraeo-Latina 1534, 1546, in Append. Munster. 1536. Prophetae Leirenses 1494 circello hic variam hanc lectionem, vel Keri indicant. Bibl. Halensia producunt hic cod. Erfurtens. 5 nunc, unde Kennicottianis addendus 375. Lectio melior, et ob veterum versionum consensum, totque hispanorum codicum auctoritatem acceptanda.

XXVII 10 אל פשטתם *quo diffudistis*, vel *irruistis*, — אן פשטתם melius codex meus 575 hispanus prima manu. Sic videtur corr. in 663, et 380 notat ad marg. אן, ut expos. אל. » Volunt grammatici, inquit Houbigan-

tius in h.l., esse אל pro אן *quo*, quod tamen sine exemplo est. Aut legendum אן *quo* cum Chaldaeo, et cum Syro, *quo irruistis*, aut cum Graecis interpretibus אל מי *super quem*, quod multo commodius est, et quod etiam sequitur Vulgatus, praesertim cum antea vers. 8 simili forma legatur ויפשטו אל הגשורי *et irruperunt in Gessuraeos ».* Codices nonnulli utrumque על mutant in אל, ac priori loco faciunt id etiam Biblia Soncin., ac Proph. Sonc. 1486. Alii contra pro ואל legunt ועל, etiam hispani, ut Kenn. 541, meus 4.

XXVII 11 וכה משפטו *sicque statutum ejus* — וכה היה משפטו *sicque erat statutum ejus*, cod. meus 596 primo, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs.

Ibid. ישב *habitavit* — ישב דוד *habitavit David*, cod. Kenn. 89, 187, 201, 249, 250, mei 380, 440, nunc 663, Lxx. Kennic. 96 הוא ישב *ipse habitavit*.

XXVII 12 בעמו בישראל *in populo suo, in Israel* — בעמו ישראל *in populo suo Israel*, cod. Kennic. 3, 85, 93, 158, 174, 187, 195, 201, 249, 250, 253, sed 250 primo ex ms. ejus collatione. Ita ex meis 295, 579, 701, primo 596, nunc 20, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486, Vulgatus, Arabs. Male a Kennicotto inter codices, qui ב omittunt, producitur 262, seu Proph. priores Pisaur. cum Com. Abarb., qui aperte aliam lect. tuentur. ב sine punct. ut abolendum, habet Erfurt. 5, seu Kenn. 375.

XXVIII 3 ובעירו *et in civitate ejus* — בעירו *in civitate ejus*, cod. Kennic. 168, 198, nunc 182, nunc meus 701, Lxx, Syrus, Vulgatus. Confer. Houbig., qui nexum abjicit.

XXVIII 9 הידעני *ariolum* — הידענים *ariolos*, cod. Kenn. 1, 30, 89, 93, 112, 150, 154, 174, 198, primo 128, et Lilienthalio teste 224, cod. mei 13, 226, 380, 440, 554, 579, 627, 701, primo 20, 305, 545, 596, 765, nunc 3, exter. 2 primo, Lxx, Vulgatus, Syrus. Kennicottianis addo 475 primo a me collatum. 1 exter. meae collat. notat alios codices legere in plurali.

XXVIII 15 ואקראה *et clamavi* — ואקרא melius Kennic. 96, meus 380. Versu seq. mendose multi codices, Biblia Soncin., ac Prophetae Sonc. עריך, mendosa etiam versio interlinearis textus hebraei *aemuli tui*.

XXVIII 17 לו *ei* — לך *tibi*, cod. Kennic. 155, 246, primo mei 305, 679, 716, utraque Biblia Ven. 1518 ad margin., Lxx, Vulgatus.

Ibid. מידך *de manu tua* — מידיך *de manibus tuis*, Kenn. cod. 149, 178, 224, mei 380, 789, 663, 737, Syrus. Cod. ext. meae coll. 1 et 2 מעליך *a te*, ut Kenn. 187, 249, et Chald.

XXVIII 18 כאשר *Sicut* — באשר *In eo quod*, cod. Kenn. 253, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486. Harum editionum mendum, quod codex ille descripsit.

XXVIII 20 היום *die* — היום ההוא *die illo*, cod. Kenn. 93, primo 173, nunc 162, 176, 246, cod. mei 701, 716, 789, primo 13, 305, ms. Alex. Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs.

XXVIII 23 אל המטה *ad lectum* — על המטה *super lecto*, cod. Ken. 70, 89, 150, 154, 174, 182, 198, 246, 253, primo 134, cod. mei 20, 196, 249, 380, 518, 545, 679, 688, 701, primo 2, 13, 174, 191, 211,

440, 596, 789, Biblia Sonc. 1488, Prophetae Leir. 1494, Lxx, Chald., Syrus, Vulgatus, Arabs.

XXIX 11 יזרעאל *Izrehel* — ביזרעאל *in Izrehel*, codex meus 187 primo. Versiones omnes *in*, vel *ad* supplent. Kenn. 187 יזרעאלה *ad Izrehel*.

XXX 1 בבא *in veniendo* — כבא *ut venit*, Kenn. cod. 84, 89, 112, 168, 253, mei 341, 380, 518, 545, 554, 596, 716, primo 187, 191, 579, Biblia Soncin., Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486. Melioris notae codices plene בבוא.

Ibid. ואל *et in*. Deest in Ken. 168, meo 174 primo, in Vulg. et Arabe.

XXX 2 לא המיתו *non interfecerunt* — ולא *nec interfecerunt*, cod. Kennic. 70, 96, 128, 182, 198, 201, 252, 253, mei 545, 596, primo 191, 579, 604, Prophetae Soncin. 1486, Chaldaeus, Vulgatus. Nexum exprimunt etiam Syrus et Arabs, sed negationem omittunt.

XXX 5 הכרמלי *Carmelitae* — הכרמלית foem., relato verbo ad Abigail, Kennic. cod. 89, 96, 187, 195, 614, primo 168, mei 305, primo 2, 211, 380, 701, exter. 91 primo. Confusus locus hic cum parall. XXVII 3, ubi foem. occurrit.

XXX 13 שלשה *tres* — שלשת ימים *tres dies*, vel *nudius tertius*, cod. mei 737, primo 701, exter. meae collat. 2 primo, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs.

XXX 21 וישיבם *et residere fecerant eos*, — וישיבם *et residere fecerat eos*, melius cod. mei 20, 380, 627, 663, 716, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, et Arabs. Male plur. lectionem vertit latinus interpres Jonathanis.

Ibid. את העם *populum* — אל העם *ad populum*, melius Kenn. cod. 224, 614, mei 4, 20, 440, 604, 716, nunc 554. Ita omnes versiones.

XXX 22 עמי *mecum* — עמנו *nobiscum*, Kennic. cod. 150, 614, mei 226, 380, 554, 663, nunc 20, 715, ad margin. Biblia Bomberg. utraque 1518, Munsteriana 1534, 1546, in Append. Munst. 1536, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Sic postulat contextus, quia plures loquuntur.

Ibid. לא נתן *non dabimus* — ולא *nec dabimus*, cod. Kenn. 2, 154, 174, Biblia Pisaur. 1517, Prophetae priores Pisaurenses utrique an. 1511, Thessalonicenses 1535.

XXX 23 בידנו *in manu nostra* — בידינו *in manus nostras*, cod. Kenn. 1, 4, 30, 70, 93, 112, 174, 176, 187, 224, 251, cod. mei 13, 226, 305, 380, 596, 679, 701, 715, 737, primo 440, 663, exter. meae collationis 1, Lxx, Vulgatus. Kennic. codicibus addo 475 sel. in locis a me collatum.

XXX 25 לישראל *Israeli* — בישראל *in Israel*, Kenn. cod. 1, 2, 23, 30, 89, 93, 96, 114, 150, 158, 174, 182, 187, 198, 201, 224, 225, 228, 249, 250, nunc 176, 251, primo ut videtur, 22, 128, 134, cod. mei 2, 3, 13, 20, 191, 196, 249, 305, 380, 440, 512, 545, 716, 737, primo 596, 663, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Bombergiana utraque an. 1518, Munsteriana bina 1534, 1546, Prophetae priores Leirenses 1494, Vulgatus. Codicum dissensionem notant Nisseliana. In cod. meo 782 secunda manus correxit ב, tertia restituit ל.

XXX 30 בכור *in Chor Asan* — בבור *in Bor Asan,* Kenn. cod. 82, 85, 89, 90, 99, 155, 160, 172, 182, 224, 601, 602, primo 195, videtur 84, 93, 94, cod. mei 1, 2, 3, 4, 13, 174, 187, 191, 196, 210, 211, 226, 304, 319, 335, 341, 346, 380, 413, 509, 512, 518, 554, 575, 576, 579, 604, 627, 663, 667, 679, 688, 701, 715, 716, 765, 782, 789, 827, nunc 305, 440, Biblia Soncinensia hic in Kenn. Bibliis omissa, Pisaurensia 1517, Complutensia, Veneta utraque an. 1518, Veneta 1521, Basileensia bina Hebraeo-Latina 1534, 1546, Prophetae priores Leirenses 1494, Thessalonicenses 1535, Lxx, Syrus, Vulgatus, qui vertit *in lacu*. Arabs non vertit. Ita ex antiquis interpretibus solus Chaldaeus habet *in Chor*, unde emendanda latina ejus versio in Polyglottis. Sed qui illum transtulit, videtur prae manibus habuisse Targum, quod legebat *in Bor*, sicque legit Targum Leirense 1494. In codicum meorum numero multi hispani, immo hispani omnes melioris notae, ob quorum fidem, et auctoritatem veterum interpretum lectio haec communi anteponenda.

XXXI 3 אל שאול *ad Saul* — על שאול *super Saul*, cod. Kenn. 93, 154, 174, 198, 201, 225, 227, mei 518, primo 191, nunc 554, 701.

XXXI 6 גם *etiam omnes viri ejus* — וגם *quin etiam omnes viri ejus*, Kenn. cod. 23, 30, 70, 89, 93, 96, 150, 154, 187, 198, 201, 224, 253, primo 128, cod. mei 2, 20, 191, 380, 440, 579, 596, 604, 663, 701, 716, primo 545, nunc 341, 554, Biblia Soncin. 1488, Prophetae Soncinenses 1486, Targum codicis mei 737.

XXXI 11 ישבי *habitatores* — כל ישבי *omnes habitatores*, cod. Kenn. 187, 201, primo meus 20, sed contra fidem priscorum interpretum. V. 12 איש חיל *vir virtutis*. Kenn. 187 אנשי *viri virtutis*, vel fortes.



II SAMUEL

Cap. I 1 העמלק *Amalec* — העמלקי *Amalecitam*, cod. Kennic. 174, mei 295, 545, 575, primo 596, nunc 20, Biblia Soncin., Brixiensia, Amstelodamensia 1639. Ita etiam, sed non expresso *jod*, העמלק, mei 663, et 765. Syrus et Arabs *Amalecitas*. Ibid. וישב דוד *et mansit David*. Repetitum Davidis nomen omissum in cod. meo 440 prima manu, et Vulgato.

I 4 מתו *mortui sunt* — מת *mortuus est,* Biblia Amstelodam. 1639, ac Lxx. Corrigenda hic Biblia Kennicottiana, quae notant cod. 224, seu Regiom. post הדבר legere מאד. Illud addit codex post הרבה, teste Lilienthalio *Comm. crit.* p. 212.

I 7 ואמר *et dixi*. In codices nonnullos ac Biblia Soncin. irrepsit ויאמר *et dixit*, apertum mendum, quod damnat contextus, et desumptum est ex versu seq.. Eadem Biblia Sonc. ac Kennic. 253 addunt praeterea אליו *ad eum*, ut ibidem legitur.

I 8 ויאמר *et dixit*. *Turpe mendum*, recte Houbigantius, *quod masorethae non excusant*, quodque multi codices emendant in ואמר *et dixi*. In eorum numero hispani et antiquissimi, sicque legunt ex editis Biblia Soncin., Brixiensia, bina Munsteri Hebraeo-Lat. 1534, 1546, ac Prophetae Soncin. 1486.

I 16 אני *ego occidi* — כי אני *quia ego occidi*, codex meus 579 primo, ut conjicio, Lxx, Syrus, Arabs. Keri דמך in textu multi codices et omnes interpretes.

I 18 הנה *ecce* — הנה היא *ecce hoc*, codex meus 20 ad margin., ac Chaldaeus. Kenn. 89, ac Talmud Hieros. הלא היא *annon hoc?*

I 20 אל תבשרו *ne annuncietis* — ואל *neque annuncietis,* Kenn. cod. 30, 70, 93, 150, 174, 182, 187, 198, 201, 224, 253, primo 128, 130, 168, mei 1, 341, 545, 579, 679, 701, 716, primo 2, 20, 440, 604, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targum cod. mei 737.

I 21 משיח *unctus* — משוח id. partic. pass. Kenn. cod. 89, 150, 154, 174, 246, 253, 614, primo 93, 201, nunc 172, cod. mei 13, 226, 380, 701, primo 1, 4, 210, 545, 596, 663, 679, 789, nunc 20, Biblia Soncin. 1488, ac Proph. Sonc. 1486. Codex meus 2, 305 משוח ק׳. Pro praecedenti בלי *non*, cod. Kenn. 30, Biblia Soncin., Biblia Brixiensia legunt כלי *vas*, sensu quidem cohaerenti, sed quem nulla ex antiq. versionibus refert.

I 22 מחלב *ab adipe* — מחרב *a gladio*, cod. Kenn. 174, 250, prima manu mei 21, 440, ac Biblia Soncinensia. Ibid. נשוג *retrocessit* cum ש irregulari. Melius נסוג Kennic. cod. 1, 30, 84, 89, 93, 112, 150, 153, 155,

XVI 10 כי יקלל *quia*, vel *quod maledicat* — כה יקלל *sic maledicat*. Kerì in textu paucissimi codices, videlicet Kenn. 30, primo 134, meus 688, primo 196 hispanus, Biblia Basil. utraque Hebraeo-Latina 1534, 1546, Lxx, Chaldaeus. In Kennicottianis qui hic producuntur, 246, 249, 250, 251, pro more confusum Kerì cum lectione textuali. Biblia antiqua in fol. sine anno et loco hic singularia legunt כָה. Alii codices, ut meus 380, habent כִי sine Kerì. Optimum tamen sensum fundit lectio textualis: *nam maledicet*, vel *maledicere debet, quia Dominus dixit illi, maledic*.

Ibid. וכי *et quia*. Copula, quam abesse jubent masorethae, deest in Kenn. cod. 70, 150, 173, 198, 251, nunc 154, primo in meis 196, 305, 737, nunc 341, in Bibliis Complutensibus, in Munsterianis 1534, 1546, in Lxx, Chaldaeo, Vulgato. Expungo Kennicottianos 246, 250. Cod. meus 440 primo, Syrus, et Arabs omittunt. Alii, ut meus 380, וכי cum punctis sine Kerì. Kenn. 154 וכה *et sic*, cui addendus ex ms. collatione 249, qui tamen habet ad marg. וכי ק׳.

XVI 12 בעוני *afflictionem meam*. Textualem scripturam retineo, quam legunt omnes veteres, et contextus postulat, et respuo masorethicam emendationem בעיני, quam nemo veterum habet, nec contextui est accommodata. Plene occurrit ab accentum et pausam, sed defective habent codices nonnulli et Biblia Munsteri 1534, 1546. Conf. Capell. *Crit. sacr.* p. 449, et Houbigantius, qui male de iniquitate interpretatur.

XVI 12 תחת קללתי *pro maledictione mea*, seu *mihi illata* — תחת קללתו *pro maledictione ejus*. Sic emendat marg. Kerì, sicque legunt in textu plurimi codices sive Kennicottiani, sive mei, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Veneta utraque 1518, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Munsteriana tria 1534, 1536, 1546, Plantiniana var. formae 1566, Witteberg. 1587, Amstelodamensia 1639, Prophetae Pisaurenses 1511, aliaeque editiones. Ita cod. Vatic. Lxx, et Targ.. Cod. Alex. et Vulgatus suffixum non exprimunt. Syrus et Arabs sequuntur Chediv.

XVI 13 לעמתו *ex adverso ejus* — מזה לעמתו *exhinc ex adverso ejus*, cod. Kenn. 253, primo mei 579, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses.

XVI 15 איש ישראל *vir Israel* — כל איש ישראל *omnis vir Israel*, cod. meus 191 primo, Lxx, Syrus, Arabs. Cod. Kenn. 93 haec verba omittit, ut Vulgatus, et cod. Alex. Lxx, et pro iis supplet אשר אתו *et omnis populus qui erat cum eo*. Sic correctum in meo 440, ac verba haec *qui erat cum eo* post העם addunt Syrus et Arabs. Vulgatus *omnis populus ejus*.

XVI 17 למה *quare* — ולמה *et quare*, cod. Kenn. 187, 249, 253, primo mei 579, 663, nunc 440, Bibl. Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486. Copulam nullus antiquorum interpretum legit.

XVI 18 Kerì לו in textu in quibusdam codicibus, et in Bibliis Soncinensibus, Complutensibus, in Prophet.

Sonc. 1486. Sed aperte mendosum est et eliminandum, ac vulgata lectio לא retinenda. Ibid. בחר *elegit*. Cod. Kenn. 224, primo meus 440 יבחר *elegerit*.

XVI 19 לפני אביך *coram patre tuo* — את אביך *patrem tuum*, cod. Kenn. 96, 201, 224, mei 211, 380, 440, 737, nunc 702, Vulg.. את ad marg. meus 663.

XVI 23 ישאל *interrogaret* — ישאל איש *interrogaret quispiam*, Kenn. cod. 4, 93, 112, 149, 150, 154, 174, 224, 226, 240, 253, 614, primo 175, forte 3, 171, cod. mei 13, 20, 191, 196, 226, 249, 341, 380, 554, 679, 701, 765, primo 305, 440, 575, 579, 596, 789, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Sonc. 1486, Talmud Babylonic., Talm. Hieros., ac versiones omnes. Ita ad marg. Kerì. *Facile omitti potuit* איש, inquit Houbigantius, *prope* ישאל *ob similitudinem. Itaque restituendum* איש *ex veterum codicum fide et auctoritate, quamvis ad sententiam non necessarium. Nam* ישאל *posset converti* interrogaretur, *impersonaliter acceptum*. In nonnullis codicibus, ut primo in meis 545, 627, abest Kerì et lacuna.

XVII 6 אם אין *an non?* — ואם אין *an vero non?* cod. Kenn. 23, 30, 70, 112, 155, 182, 201, 225, 226, 227, 253, 614, primo 168, cod. mei 305, 380, 554, 596, 679, 688, 716, 737, primo 20, 21, 211, 440, 579, 663, 765, nunc 545, 701, Biblia Soncin., Prophetae Sonc. 1486, Leirenses 1494, Lxx, Syrus, Arabs. In cod. meo 187 primo suppletum ו, deinde abrasum.

XVII 9 באחד *in uno* — באחת foem. Kenn. cod. 2, 4, 22, 86, 99, 102, 154, 160, 187, 249, primo 128, cod. mei 3, 21, 174, 186, 196, 210, 226, 249, 295, 380, 512, 554, 579, 627, 663, 688, 701, 715, 716, 737, primo 20, 187, 211, 440, 545, 575, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, ad marg. Veneta utraque 1518, Prophetae Sonc. 1486. Kennicottianis addunt Biblia Halensia 375 primo, seu Erfurt. 5. Margo mei 210 אחד ק׳. Ken. 224, primo meus 440 pro בהם legunt להם.

XVII 11 על הים *super mari* — על שפת הים *super litore maris*, codex Kenn. 4, 93, 96, 150, 250, forte 94, ad marg. 246, cod. mei 1, 226, 341, 554, 716, 737, primo 545, 596, primo exter. 91 ex Lichtenstein. *Program.* p. 17. At nullus ex antiquis interpretibus additamentum hoc habet, nec Chaldaeus, quamvis in latina ejus versione exprimatur.

XVII 12 על האדמה *super terra* — על פני האדמה *super faciem terrae*, Ken. cod. 70, 187, 253, mei 295, 545, 663, primo 579, ad marg. 440, Biblia Sonc., ac Prophetae Sonc. 1486. Iterum nullus veterum פני. Ibid. גם אחד *etiam unus*. Cod. Kenn. 85, 154, meus 20, primo 545 עד אחד *usque ad unum*.

XVII 14 אל אבשלום *ad Absalom* — על אבשלום *super Absalom*, codex Kenn. 150, 246, 253, 614, mei 20, 604, 716, primo 579, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaur. 1517, Ven. bina anni 1518, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Basileensia tria Munsteri 1534, 1536, 1546, Veneta 1544, Veneta 1551, Veneta 1563, Plantiniana var. formae 1566, Veneta ejusdem anni, Veneta

1570, Veneta 1572, Wittebergensia 1587, Raphelengii sine punctis 1610, Veneta 1613, Veneta 1615, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Ven. 12. 1635, Ven. 1639, Ven. 1690, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Pisaurens. utrique 1511, Thessalonicens. 1535. Conf. notae Michaëlis ac Norzii.

XVII 16 בעברות *in transitibus*. Marginalis lectio בערבות *in campestribus*, quam versiones omnes tuentur, in textu extat in plurimis codicibus, etiam hispanis ac masorethicis melioris notae, et in multis editionibus, in Bibliis Soncinensibus, Brixiensibus, Antiquis sine anno et loco, Venetis utrisque anni 1518, Venetis 1521, in Bibliis Rabbinicis 1525, in Basileensibus Munsteri 1534, 1536, 1546, in Hamburgensibus Hutteri 1587, Ven. 1678, in Mant. Norzii 1742, Liburnens. 1780, aliisque, item in Proph. Sonc., Leir., ac Pisaurens. utriusque editionis 1511.

XVII 19 על פני *super facie* — על פי *super os*, cod. Kenn. 150, 172, 182, 198, 614, primo 30, codices mei 575, primo 1, 20, 663, nunc 701, Talmud Babylonicum, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. » Masora hoc loco, notat Houbigantius, סבירין פי וקורין פני, conjiciunt פי, legunt פני. Emendatione hic locus indigebat potius, quam conjectura. Nam *superficies putei* nusquam legitur, contra saepe *os putei*. Conjecturam hanc ad marg. exhibent cod. mei 1, 3, 305, 346, 440, 512, 545, 604, 716, 784, 789 aliique, ac Biblia Ven. Rabb. 1525.

XVII 23 החמור *asinum* — חמורו *asinum suum*, cod. meus 545 primo, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. In Chaldaeo deest suffixum, quod latina ejus versio addit.

Ibid. אל עירו *ad civitatem suam* — ואל עירו *et ad civitatem suam*, Kenn. cod. 1, 23, 30, 86, 89, 96, 150, 154, 155, 158, 160, 168, 172, 174, 182, 187, 198, 201, 224, 246, 249, 250, 253, 601, primo 94, cod. mei 2, 21, 186, 196, 211, 226, 380, 440, 518, 554, 579, 596, 688, 701, 715, 716, 789, primo 20, 187, 305, nunc 341, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno, et loco, Hamburgensia 1587, Nisseliana 1662, Prophetae Soncin. 1486, Syrus, Chaldaeus, Vulg., Arabs. Cod. meus 604 notat ad marg. in correcto exemplari legi ואל עירו, ac lectionem hanc ad marg. servant utraque Biblia Bombergiana 1518, et in Appendice Munsteriana 1536.

XVII 29 אמרו *dixerunt* — אמר *dixit*, cod. Kenn. 224 primo, ac Lxx.

XVIII 3 כי עתה *quia nunc* — כי אתה *quia tu*, cod. Kennic. 187, meus 305, Lxx, Vulgatus. » Legendum כי אתה, inquit Houbigantius, ut sit, *nam tu*, *sicut nos*, *decem millia*. Ita legunt Graeci, et Vulgatus, et apud Hexapla Symmachus. Nihil solidi affert Buxtorfius, cur עתה sit legendum. Nisi enim *tu* legitur, nulla persona in oratione relinqueretur, ad quam pertineat *decem millia*. Et planum est comparationem institui inter Davidem ceterosque ejus milites, ut אתה *tu* Davidem exhibeat, כמנו ceteros milites ». Cod. meus 380 כמוהו.

XVIII 12 שמרו מי *custodite*, *quis* — שמרו לי *custodite mihi*, cod. Kenn. 590

primo 112, מ sup. ras. 240, sup. ras. 598, ut videatur uterque, ac potissimum 240 primo legisse לי, ut legunt Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus. Lectio planior, quam impressae anteponere non dubitat Michaëlis in *Biblioth. or.* T. xiii p. 235. Kenn. 431, 614, et Arabs omittunt מי. R. Salomon Parchon in inedito Opusculo grammatico-critico, quod extat ad calcem Mechabberoth, reponit nostrum hunc versum inter loca scripturae abbreviata, subintelligens מי יגע *quis percusserit?*

Ibid. בנער באבשלום *in puerum, in Absalom* — בנער אבשלום *in puerum Absalom*, cod. Kennicott. 70, 250, prima manu mei 174, 249, 305, 737, ac versiones omnes, excepto Targum.

XVIII 13 בנפשו *in animam ejus* — בנפשי *in animam meam*, cod. Kenn. 1, 70, 89, 93, 112, 174, 176, 224, 253, 614, primo 3, 30, 173, cod. mei 13, 186, 196, 226, 663, 679, 701, 715, 765, primo 440, 596, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs, Kerì. Soli Lxx sequuntur Chediv.

XVIII 14 ויקח *et tulit* — ויקח יואב *et tulit Joab*, cod. Kenn. 250, Lxx, Syrus, Arabs.

XVIII 20 כן quod masora legendum praecipit, quamquam non scribatur, in textum inserunt codices nonnulli, etiam hispani, ut meus 765, ac Biblia Brixiensia. Alii legunt בן pro כן, et בן deletum est in eodem cod. hispano 765, ut sensus sit: *Hodie ne annunties, nam certe rex morietur*, ex dolore videlicet et afflictione. Idem fere sensus textus hodierni: *nam super filio rex morietur*, vel *moriturus est*.

XVIII 29 שלום *pax* — השלום *an pax?* Kenn. cod. 30, 96, 154, 158, 187, 201, 224, 249, 250, 251, 355, mei 2, primo 211, 440, nunc 663. Sed in Kenn. 249, 250, 251 deletum ה, teste ms. horum codicum collatione, idemque sensus. Kennicottianis adde 375 primo, seu Erfurt. 5. Versu praecedenti Biblia Soncinensia, ac Proph. Soncin. 1486 ordine inverso legunt יהוה אלהיך ברוך *Dominus Deus tuus benedictus*. Ex Kennicottianis codicibus hunc verborum ordinem servat solus 253 ex ipsis Bibliis, quibus recentior est, ut videtur, desumptus, ex meis 579, qui in singul. lectionibus saepe cum duabus illis Soncin. editionibus primariis conspirat.

XVIII 32 איבי *inimici* — כל איבי *omnes inimici*, cod. meus 663 primo, et Arabs.

XIX 3 על בנו *super filio suo* — על בנו אבשלום *super filio suo Absalom*, cod. Kennic. 253, primo mei 579, 663, Biblia Soncinensia, Proph. Sonc. 1486. Cod. Kennicott. 249, et Arabs על אבשלום *super Absalom*. Ceteri interpretes communi lectioni adhaerent.

XIX 4 במלחמה *in praelio* — מן המלחמה *de praelio*, cod. Kennic. 224, Syrus, Vulgatus.

XIX 5 קול *voce* — בקול cum ב praefixo cod. Kenn. 70, 182, 187, 195, 250, mei 380, primo 20, 545. Kennicottianis adde 145. Una tantum vice *Absalonis* nomen legunt cod. nonnulli, et Bibl. Munsteri 1536, sed veteres omnes bis.

XIX 6 הבית *domum* — הביתה *in domum*, cod. Kennic. 94, 154, 614, mei 380, primo 545, nunc 663, 701, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Cod.

meus 2 ad marg. 'הביתה ק, Kenn. 70 אל הבית.

XIX 8 עד עתה *usque nunc* — ועד עתה *et usque nunc*, Kenn. cod. 96, 150, 172, 176, 251, 253, ex mea collatione primo 475, cod. mei 13, 226, 346, 545, 579, 679, 688, 701, primo 20, 663, 737, Biblia Sonc., Prophetae Sonc. 1486, Leirenses 1494, Syrus, Arabs, Targum Leirense.

XIX 10 איבנו *inimici nostri* — איבינו *inimicorum nostrorum*, Kennic. cod. 1, 22, 23, 67, 70, 82, 84, 85, 86, 89, 90, 94, 100, 102, 112, 113, 114, 128, 130, 139, 144, 149, 150, 154, 155, 158, 162, 168, 172, 174, 175, 176, 178, 182, 187, 195, 210, 246, 253, 614, cod. mei 1, 2, 3, 4, 13, 20, 21, 186, 187, 191, 196, 210, 226, 249, 295, 304, 305, 319, 335, 341, 346, 380, 413, 440, 509, 512, 618, 539, 545, 575, 576, 579, 596, 604, 627, 663, 679, 688, 701, 715, 716, 737, 765, 782, 789, 827, nunc 211, exter. 1, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaur. 1517, Complutensia, Veneta utraque 1518, Veneta Rabbinica 1525, Ven. 1525-28, Veneta 1533, Basileensia Munst. tria 1534, 1536, 1546, Ven. 1544, Paris. Roberti Stephani in 16. Ven. 1551, Veneta 1563, Plantiniana 1566, Veneta 1566, Veneta Rabbinica 1568, Veneta 1570, Polyglotta Antwerpiensia, Veneta 1572, Antwerpiensia sine punctis 1573, Sanctandreana 1586, Hamburgensia 1587, Wittebergensia ejusdem anni, Hartmanniana 1595, Raphelengii 1610, Veneta 1613, Veneta 1615, Genevensia 1618, Veneta 1627, Amstelodamensia 1630, Veneta 1635, Amstelodamensia 1639, Veneta Lombrosi 1639, Veneta 1647, Polyglotta Londinensia 1657, Nisseliana 1662, Veneta 1690, Ven. 1730, Mantuana 1742, Veneta 1766, Liburnensia 1780, Pisana 1781, Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses utrique 1511, Thessalonicenses 1535, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targ. cod. mei 737, quod vertit מיד בעלי דבבינו. Targ. impressum sing. lectionem sequitur, unde emendanda ejus versio latina. Kennic. codicibus adde 475 a me collatum. In codicum numero multi hispani accuratissimi, et sine haesitatione praeferenda lectio pluralis.

Id. איבנו *inimici nostri* — כל איבינו *omnium inimicorum nostrorum*, codex Kenn. 96, et Syrus. Alii codices pro מכף *de manu* legunt מכל *ab omnibus*, ut meus 20 primo, Lxx, et Arabs.

XIX 15 אל המלך *ad regem*. Addunt לאמר *dicentes*, cod. Kenn. 145 ex ms. codicis collatione a me suppletus, Lxx, Syrus, Vulgatus, et Arabs.

XIX 16 ללכת *ut iret* — לרדת *ut descenderet*, cod. Kenn. 172, 195, 224, primo 158, cod. mei 191, 305, 679, primo 2, 226, 440, Biblia Pisaurensia 1517, Veneta utraque 1518, Veneta 1521, Basileensia Munsteri tria 1534, 1536, 1546, Prophetae priores Leirenses 1494, Pisaurenses utrique 1511. *In quibusdam editionibus antiquis scriptum est* לרדת, inquit Norzius, *sicque reperi in vetusto ms., sed collatis hispanicis exemplaribus vetustissimis, in iis inveni* ללכת, *et sic interpretatur Jonathan*. Nec aliter interpretantur reliqui interpretes.

XIX 22 לא יומת *non occidetur* — לא ימות *non morietur*, cod. Kennic. 93, 253, meus 579, Biblia Soncin., Prophetae Sonc. 1486, Syrus, Arabs.

XIX 23 בישראל *in Israel* — מישראל *ex Israel*, cod. Kenn. 614, Lxx, Arabs.

XIX 27 את המלך *cum rege* — אל המלך *ad regem*, Ken. cod. 82, 89, 100, 101, 112, 139, 149, 154, 155, 158, 168, 174, 176, 178, 201, 224, 227, 253, 254, 614, primo 1, nunc 173, forte 86, cod. mei 1, 2, 3, 20, 21, 187, 191, 196, 211, 226, 295, 304, 305, 335, 341, 346, 380, 413, 440, 512, 539, 545, 554, 576, 579, 596, 604, 627, 679, 688, 715, 716, 737, 789, 827, primo 701, 765, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Veneta utraque 1518, utraque Munsteriana Hebraeo-Latina 1534, 1546, Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses utriusque editionis 1511, Thessalon. 1535. Lectio optimorum codicum et editionum auctoritate confirmata, sed praesidio destituta veterum interpretum. Kennicottianis adde 145.

XIX 29 כל *omnis* — בכל *in omni*, cod. Kenn. 23, 86, 187, 198, 249, 614, forte 154, nunc 176, mei 191, primo 579, nunc 335, Proph. Sonc. 1486. Kennicottianis iterum adde 145.

XIX 32 את בירדן *Jordanem*. Deest את irregulare in Kenn. cod. 195, 224, in meis 380, primo 440, 575 hispano. Multi codices, et antiquae nonnullae editiones, ut Biblia Soncin., Brixiensia, Complutensia, Prophetae Sonc., habent in textu הירדן, quod hic legendum praecipiunt masorethae.

XIX 33 בשִׁבְתּוֹ *in residentia ejus* — בשבתו cum *sceva* sub *beth* posteriori, et infinit., *quum sederet ipse*, vel *moraretur*, cod. mei 211, 226, 380, 440, 579, 701, 715, 737, primo 2, 604, Biblia Soncinensia, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Sic legendum juxta Houbigantium. Defective בשבתו legunt Kenn. cod. 2, 30, 70, 89, 93, 94, 96, 114, 150, 154, 158, 160, 168, 172, 174, 187, 195, 224, 249, 253, 614, cod. mei 3, 20, 191, 509, 512, 554, 575, 663, 688, primo 545, 789, nunc 627, Biblia Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Soncin. 1486, Pisaurenses 1511, Thessalon. 1535. Alii codices legunt בשֵׂיבָתוֹ cum *tzere*, *in canitie ejus*. Sic mei 186, et 295 hispanus, optimo ac cohaerenti sensu, qui arridet doctissimo Michaëlis in *Biblioth. or.* T. XIII p. 235, sed quem nullus veterum interpretum refert. Biblia Veneta 1570 notant esse sicut בישיבתו.

XIX 35 את המלך *cum rege* — אל המלך *ad regem*, cod. Kenn. 1, 30, 93, 150, 155, 187, 250, nunc 70, cod. mei 20, 305, 380, 518, 554, 595, 737, primo 2, 789. Veteres omnes *cum*. Kennicott. 201, ac meus 440 עם.

XIX 36 אם אשמע *si audiam* — ואם *et si audiam*, cod. Kenn. 2, 30, 150, 154, 224, 253, primo 168, cod. mei 3, 191, 305, 512, 554, 596, 701, 715, primo 211, 440, 579, 604, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486.

XIX 37 את המלך *cum rege* — את אדני המלך *cum domino meo rege*, codex meus 20 primo, ac Syrus. Exter. 2 לפני המלך *ante regem*.

XIX 41 וכמהן et Chimhan — וכמהם et Chimham, cod. Kenn. 4, 70, 85, 174, meus 226, primo 440, 663, 380, et Lxx. Ita nomen hoc bis sup. scribitur, vers. 38 et 39. Concinunt Syrus, et Arabs, sed corrupte *Bemham*. Mendosa lat. versio Chaldaei.

Ib. ויעבירו et traduxerunt — העבירו traduxerunt. Kerì in textu Kenn. cod. 70, 150, 174, 176, 253, nunc 614, forte 154, cod. mei 13, 226, 663, 679, 701, 715, 737, 765, primo 20, 305, 575, 579, 596, nunc 210, Biblia Sonc., Brixiensia, Pisaurensia 1517, Complutensia, Basileensia Hebraeo-Lat. 1534, 1546, Prophetae Soncin. 1486, Pisaur. 1511, Thessalonicenses 1535. Sed sine necessitate, inquit Capellus *Crit. sacr.* pag. 312, cum legi possit integro sensu ויעבירו. Expungendi in Kenn. Bibliis 246, 249, 250, 251 perperam producti. Multi cod. defective ויעברו, etiam hispani, ut mei 4, 187, 413, 539, 576. Ita correctum in 575, et 782 et ipsis hispanis. Ita Biblia Antiqua in fol. ex hisp. codicibus deprompta, ac Mant. Norzii 1742 ad eosdem hispanos codices correcta.

XX 1 נחלה לנו *haereditas nobis*. Deest לנו in Kenn. cod. 70, 182, 252, primo in meis 2, 579, 663, 789, in Prophetis Soncin. 1486, Syro, Vulg., et Arabe.

XX 3 ואליהם et ad eos — ואליהן et ad eas, cod. Kenn. 253, primo 96, mei 20, 579, 679, 701, primo 596, Biblia Soncin., Biblia Brix., Prophetae Soncin. 1486, favetque analogia, sed praecedit duplex generis enallage. Ibid. אלמנות *viduitas*. Cod. Kenn. 145, seu Argentoratensis, quem hic suppleo ex ms. Oberlini collatione, legit באלמנות *in viduitate*.

XX 6 אתה קח *tu sume* — עתה קח *nunc sume*, cod. Kenn. 149, 150, 246, 253, codices mei 554, 663, primo 211, 545, 579, 827, nunc 789, Biblia Sonc., Prophetae Sonc., et Lxx. Codex meus 211 primo, et Kenn. 145 hic a Kennicotto omissus legunt ועתה *nunc ergo*. Vulgatus *tolle igitur*. Meus 575 primo, ac Kenn. 251 ואתה *et tu*. Margo cod. mei 319: *alii codices* עתה, utrumque tandem אתה עתה 688. Kenn. 153 addit לך *tibi*, quod pariter supplent ms. Alex. Lxx, Syrus, et Arabs.

Ibid. עינו *oculum nostrum* — עינינו *oculos nostros*, Kenn. cod. 1, 4, 23, 30, 70, 84, 85, 86, 89, 94, 96, 101, 102, 139, 144, 150, 153, 154, 155, 158, 160, 174, 175, 176, 182, 195, 198, 210, 224, 225, 226, 227, 228, 242, 253, 614, primo 82, 128, forte 2, 93, 134, cod. mei 2, 4, 13, 20, 174, 187, 191, 210, 226, 249, 295, 319, 335, 380, 509, 554, 579, 663, 679, 688, 701, 715, 765, primo 21, 211, 305, 341, 440, 518, 545, 575, 596, 627, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Veneta 1766, Prophetae priores Sonc. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses utrique anni 1511, Lxx, Syrus, et Arabs. Ita cod. Kenn. 375, seu Erfurt. 5 primo ex Bibliis Halensibus, ad marginem Bibl. Bombergiana utraque 1518, non in textu, ut innuunt Biblia Halensia, in Appendice Munsteriana 1536. Prophetae Thessalonicenses 1535 asteriscum hic exhibent ad indigitandam vel variam hanc lectionem, vel ejus Kerì. Hoc

idem faciunt Polyglotta Londinensia. Extant editiones, quae notant ad marginem חסר י׳ *deficit jod*, ut Biblia Plantiniana 8. 1566, Wittebergensia 1587, Lombrosana 1639. A Plantinianis in 8. non puto differre editionem Plantin. in 4. ejusdem anni, quam parum accurate citat Henricus Michaëlis ad h. l., ac si nostram hanc lectionem haberet in textu. In plur. vocabulum hoc producit etiam in inedito suo Comm. cod. mei 255 R. Joseph Kara.

XX 14 ויקלהו. Recta textus emendatio, quam nobis offert marg. Keri, ויקהלו *et congregati sunt*, in textu ipso multorum codicum occurrit, et in quibusdam antiquis editionibus, ut Bibliis Sonc., Brixiensibus, Complutensibus, ac Munsterianis Hebraeo-Latinis.

XX 20 חלילה *absit*. Una tantum vice in nonnullis cod., in Syro, et Arabe.

XX 21 בדוד *in Davidem* — דוד *Davidem*, Kennic. cod. 4, 70, 168, primo mei 13, 575, Syrus, Vulg.

XX 22 כל *omnem*. Deest in cod. Kenn. 242, nunc 93, prima manu in meis 579, 679, nunc 380, 663, in Bibliis Soncin., in Brixiensibus, in Prophet. Sonc. 1486, sed exprimunt omnes interpretes.

XX 24 ואדרם *et Adoram* — ואדונירם *et Adoniram*, cod. Kennic. 150, Lxx, Syrus, Arabs. V. I Reg. IV 6, et Michaëlis *Biblioth. or.* T. XIII p. 237.

XXI 4 לי *mihi*. Apertum mendum, quod corrigit margin. Keri, et Keri in textu habent codices nonnulli, Biblia Sonc., Brixiensia, Complutensia, Munsteriana 1534, 1546, Prophetae Soncin. 1486. Ex Kennicottianis dele 246, 249, 250, 251 pro more male ad textualem lectionem translatos.

XXI 7 על שבעת *super jusjurandum* — ועל *et super jusjurandum*, cod. Kenn. 174, 253, mei 679, primo 20, 440, 579, Biblia Sonc., Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486.

XXI 8 מיכל *Michal* — מרב *Merab*, cod. Kenn. 250, ac 198, sed hic plene מירב, et ille prima manu ex ms. codicis collatione, quam habeo ad manus. » Legendum omnino videtur *Merab*, inquit Capellus *Crit. sacr.* pag. 993, non vero *Michal*. Nam Michal Paltieli nupsit, non Hadrieli II Sam. III 15, Merab autem Hadrieli I Sam. XVIII 19. Deinde Michal dicitur nullos habuisse liberos ad diem usque mortis suae ». Conf. Scharfenbergius in h. l. Lxx et Vulgatus *Michol*, sed Syrus et Arabs *Nedab*, proculdubio ex vitiosa corruptaque scriptione *Merab*. Chaldaeus utramque lectionem connectit, et nodum dissolvit בני מרב דרביאת מיכל *filios Merab, quos educaverat Michal*.

Ibidem לעדריאל *Adrieli* — לעזריאל *Azrieli*, cod. Ken. 96, meus 701, primo 440, Syrus et Arabs. Lxx *Azdrieli*.

XXI 9 בראשנים *in primis* — בראשנה *in principio*, cod. Kenn. 93, 150, 154, 226 marg., nunc 4, primo 250, non forte, ut notat Kennicottus. Ita meus 440 primo, nunc 663, ad marg., seu cum Keri בראשנה 2, 380.

Ibidem תחלת *initium* — בתחלת *sub initium*, Kenn. cod. 150, 174, 176, 210, 224, 253, primo 113, codic. mei 13, 20, 174, 191, 226, 341, primo 440, 575, 579, 701, Biblia Soncin., Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Munsteri bina 1534, 1546, ac Prophetae Soncin. 1486. Ita Keri, quod sistunt ad margin. Kennic. 246,

249, 250, 251, unde ex ceterorum numero eliminandi.

XXI 12 בעלי יבש *civibus Jabes*. Praeponunt כל *omnibus* ex prima manu cod. mei 579, 663, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Sonc. 1486, quorum editores codices illos tum hic, tum alibi saepe videntur exscripsisse. Keri שמה, et פלשתים in quibusdam codicibus, et editionibus in textu.

XXI 14 וידונתן *et Jonathanis* — ואת עצמות ידונתן *et ossa Jonathanis*, cod. Kenn. 150, 253, cod. mei 715, primo 545, 554, 579, 663, Bibl. Soncinensia, Prophetae Soncin., Lxx, Syrus, Arabs. Mendosa lat. versio Chaldaei.

Ibid. כל *omnia* — ככל *secundum omnia*, Kenn. cod. 30, 84, 85, 99, 150, 154, 160, 187, 195, 201, 225, 250, 251, primo 3, nunc 224, forte 128, codices mei 4, 21, 226, 305, 346, 679, 688, 701, primo 20, 545, nunc 440, 554, 604, exter. meae collat. 2, Biblia Pisaurensia 1517, Veneta utraque anni 1518, Veneta 1521, Veneta 1525-28, Veneta 1533, Basil. tria 1534, 1536, 1546, Parisiensia Roberti Stephani in 4. et 16., Sanctandreana 1586, Hamburgensia 1587, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Ven. 1647, Nisseliana 1662, Veneta 1678, Ven. 1690, Veneta 1730, Veneta 1739, Veneta 1766, Pisana 1781, Prophetae Leirenses 1494, Pisaurenses utrique 1511. Versiones omnes כל.

XXI 17 למלחמה *ad bellum* — במלחמה *in bellum*, cod. Kenn. 23, 96, 112, 139, 172, 174, 175, 195, 198, 201, 246, 614, primo 85, et ut videtur, 93, codices mei 2, 211, 226, 295, 380, 440, 627, 663, 688, 716, primo 20, 305, Bibl. Pisaurensia 1517, Veneta utraque anni 1518, Basileensia bina 1534, 1546, Wittebergensia 1587, Hartmann. 1595, Veneta Lombrosi 1639, Nissel. 1662, Prophetae priores Pisaur. utrique 1511, ac Thessalonicenses 1535.

XXI 18 בגב *in Gob* — בנב, vel plene בנוב *in Nob*, cod. Kenn. 4, 30, 70, 85, 89, 96, 114, 150, 160, 210, 224, 227, 246, 249, 250, 253, 614, videtur 113, cod. mei 4, 20, 174, 196, 226, 305, 319, 380, 440, 512, 554, 579, 627, 679, 701, 789, primo 187, 211, 575, 596, 827, exter. 1 primo, Biblia Soncinensia, Veneta bina 1518, Veneta 1521, Wittebergensia 1587, Veneta 1613, Veneta 1615, Veneta 1647, Veneta 1678, Prophetae Leirenses 1494, Thessalonicenses 1535, Targ. Leirense. Margo Bibliorum Ven. 1690, et 1730 notat utrobique legendum hoc nomen cum *ghimel*, et sic legunt antiqui omnes interpretes.

XXI 19 ותהי *Et fuit adhuc bellum* — ויהי אחרי כן ותהי *Et accidit post haec quod fuerit aliud bellum*, cod. Kennic. 253, primo mei 579, 663, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486. Additamentum, quod nulla antiqua versio exhibet.

Ibid. בגוב *in Gob* — בנוב *in Nob*, Kenn. cod. 4, 30, 70, 85, 96, 113, 150, 160, 210, 224, 240, 246, 250, 601, cod. mei 4, 20, 174, 191, 196, 226, 319, 380, 440, 554, 579, 627, 679, 701, 789, primo 187, 211, 305, 575, 827, Biblia Soncin. 1488, Veneta 1613, Veneta 1647, Veneta 1678, Prophetae Son-

cin. 1486, Thessalonicenses 1535. Sed veteres, excepto Syro et Arabe, qui non exprimunt, communem lectionem omnes sequuntur. Ib. יערי *Jaharì*. Cod. Kenn. 253, meus 579 primo, Biblia Soncin., ac Prophetae Soncin. יערה *Jaharà*. Versu 21 Keri שמעה *Simha* in textu habent aliqui codices, Bibl. Soncin., Brixiensia, Complutensia, Proph. Soncin., Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, Arabs. Soli LXX sequuntur Chediv.

Ibid. את גלית *Goliath*. In loco parallelo I Chron. XX 5 legitur אחי גלית *fratrem Goliath*, multo rectius, nec enim Elchanan, sed David Goliam occiderat. Ut locum concilient, nonnulli ellipsim agnoscunt vocabuli אחי, et R. Salomon Parchon in opusculo grammatico ad calcem inediti ejus *Mechabberoth* apud me extantis, refert nostrum hunc versum inter loca scripturae abbreviata, in quibus aliquid necessario subintelligitur a sacro scriptore. את גלית הגתי פ׳ את אחי גלית » *Goliath Gittaeum* expone *fratrem Goliae Gittaei*, quia Goliath David occidit eum ». Alii Elchanan David esse volunt, et ita vertit Jonathan. Alii aliter exponunt. Vide Poli *Synopsim* ad h. l.. Ego verosimilius puto cum Capello *Crit. sacr.* p. 81, et Kennicotto *Diss. I sup. rat. T. H.* pag. 65, et II p. 309 primam Samuelis lectionem fuisse אחי, ut in Chronicis, deinde librariorum negligentia leviori facta affinis litterae mutatione factum את, quo nihil facilius, aut in sacris cod. frequentius. Sed hujus lectionis, quam facit Chronicorum auctoritas et historiae veritas, ut veriorem ac praeferendam putem, nulla supersunt in mss. codicibus, quos aetas ad nos demandavit, vestigia, nulla, quod mireris, in antiquis interpretibus. Solus Kennicottianus 149 omittit את גלית, seu Goliae nomen, meus 196 prima manu בית, quod in Chronicis desideratur, ubi pro בית הלחמי *Bethlehemita* legitur לחמי *Lachmi*, nomen sive proprium, sive ex priori illo contractum. Ac לחמי sine praefixo ה, ut in Chronicis, legit Kenn. 597.

XXII 1 מכף כל *a manu omnium* — מכל *ab omnibus*, cod. Kenn. 95, 224, Arabs.

Ibid. ומכף *et de vola* — ומיד *et de manu*, cod. Kennic. 210, primo 297, cod. mei 197, 407, 483, 507, primo 198, Pentat. CPolitani 1505, et 1522 in Aphr., Biblia Veneta 1518, ad marg., et locus parall. Psalmi XVIII. Varietatem, quae intercedit inter Samuelis librum ac Psal. XVIII, repetit R. Raphaël Rabenius a diversitate rythmi, et contra Garofalum, qui putat Psalmum ex Samuele descriptum, arbitratur Davidis autographum in Psalmis servari, unde in Samuelis librum translatum. V. *Squarcio di lettera del dottor Bernabò Scacchi* pag. 50.

XXII 2 יהוה *Dominus* — ירוה ארחמך *Domine, diligam te*, codex meus 814 primo, seu sine punct., Syrus, Arabs, ac locus parall. Psalmi.

XXII 5 משברי *fluctus* — חבלי *dolores*, cod. Kenn. 30, 95, 294, primo mei 262, 419, 486, Syrus, Chaldaeus, Arabs, ac Psal. XVIII. Communem tamen lectionem vindicat Mentzel *Observ. crit. in T. Heb. Spec. I* p. 17. Quidam codices ונחלי, ut in Psalmo.

XXII 7 אקרא 2° *clamabo* — אשוע cod. Kennicott. 19, ac Psalmus XVIII. Praeferunt Houbigantius, ac Mentzel cit. l., ne verbum, quod in mem-

bro priori est, iterum in posteriori recurrat.

Ib. ושועתי *et clamor meus* — ושועתי לפניו תבא *et clamor meus in conspectu ejus veniet*, cod. Kenn. 93, Syrus, ac Psal. XVIII. Conf. Kennic. *Diss. II sup. rat. T. H.* p. 348.

XXII 8 ותגעש *Et commota est*. Praefero lectionem textualem marginali Kerì ויתגעש, vel si mavis legere in hithpahel, legendum in foem., servata generis analogia ותתגעש, ut legunt Kenn. cod. 18, 76, 107, 136, 150, 154, 181, 187, 196, quibus addendus 145, ex meis 7, 16, 198, 240, 262, 502, 594, 597, 721, 722, primo 419, 443, nunc 585, ext. 33, 124, nunc 123, Pent. Brix. 1492 in Apht. Conf. Houbig. et Tentzel cit. l. p. 20. Alii codices vel nullum servant marg. Kerì, vel si servant, legunt ותגעש sine lacuna, et cum punctis suis, non cum punctis Kerì, et quidem etiam hispani, ut ex meis 196, 304, 335, 627, 765, et antiquae nonnullae editiones ex hisp. codicibus haustae. Alii Kerì ipsum in textu habent, quos sequuntur Bibl. Complutensia, ac Nisselii.

Ibid. מוסדות *fundamenta* — ומוסדות *et fundamenta*, cod. Kenn. 60, 108, 111, 181, 187, 240, cod. mei 4, 20, 233, 346, 373, 802, 850, nunc 555, LXX, Syrus, Arabs, Targ. codicis Britannici 1861 apud Kennic. *Diss. II sup. rat. T. H.* p. 180. Ita Psal. XVIII, sed masc. ומוסדי. Masc. מוסדי Kenn. 224.

Ibid. השמים *caelorum* — הרים *montium*, codex meus 405, primo 262, Syrus, Vulgatus, Arabs, Psal. XVIII. In 405 communis lectio supra apposita, non deleta textuali.

XXII 11 וירא *et visus est* — וידא *et volitat*, Kenn. cod. 56, 84, 109, 149, 151, 176, 199, 200, 206, 218, 237, 253, 337, 348, 367, 368, 375, 380, 383, 390, 435, 436 marg., 476, 486, 487, 488, 507, 519, 526, 536, 541, 571, 587, 615, 618, primo 107, 209, 211, 251, 335, 357, 384, 490, 590, 597, 607, forte 76, 80, 158, 560, 606, cod. mei 6, 13, 16, 20, 21, 61, 63, 174, 197, 262, 264, 305, 373, 407, 420, 440, 443, 486, 543, 555, 596, 606, 648, 679, 700, 701, 802, 825, primo 230, 267, 535, 579, 585, 597, 604, 721, videtur 211, primo 440, Biblia Sonc., Brixiensia, Machaz. Sonc. 1486, Machaz. aliud Sonc. sec. XV, Syr., ac locus parall. Psalmi. Ita masora ad marg. cod. ext. 23, et ex orationis etiam nexu variam hanc lectionem meliorem tuentur Capellus *Crit. sacr.* p. 80, et Mentzel *Observ. crit.* p. 22. Vulgatus, Chald., et Arabs aliter vertunt, LXX communem lectionem sequuntur.

XXII 12 חשך *tenebras* — חשך סתרו *tenebras latibulum suum*, cod. Kennic. 109, 125, Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud Sonc. sec. XV, LXX, Syrus, Arabs, Psalm. XVIII. Ac סתרו omissum hic putat Houbigantius, et necessarium, ut respondeat סכתו membri posterioris, quod pro סכות legi vult.

Ibid. סכות *tabernacula* — סכו, vel סכו defective cum *kibbutz*, *tabernaculum suum*, cod. Kenn. 95, 150, 151, ex meis 594, 597, primo 191, 419, nunc 443, exter. 123 primo, LXX, Syrus, et Arabs. Ita locus parall. Psal., sed forma foem. סכתו, ex quo, transposito ו, videtur factum hodiernum סכות.

XXII 15 ויהמם *et contrivit*, vel *conturbavit eos*. Masorethae ponunt hic Keri ויהם, omisso suffixo. At vero hanc eorum emendationem damnant veteres omnes interpretes, qui illud exprimunt, ac locus parall. Psalmi, ubi habetur Chediv. Codices, et antiquae nonnullae editiones, quae eam exhibent in textu, solum Keri videntur secutae, non auctoritatem codicum. Conf. Houbig.

XXII 16 ים *maris* — מים *aquarum*, cod. Kenn. 173, Syrus, Arabs, Psal. parall. XVIII. Lectio, quam commodiorem et usitatiorem judicat Capellus *Crit. sacr.* p. 64. In cod. meo 197 deleta ante *jod* littera, vel מ, vel ה.

Ibid. בגערת *in increpatione* — מגערת *ab increpatione*, cod. Kenn. 95, 107, 109, 136, cod. mei 198, 407, 443, 594, primo 2, 262, 555, 585, 596, exter. 123, Syrus, Vulgatus, Arabs, ac Psalm. XVIII. Melius Houbigantii judicio, quia sequitur מנשמת *ex spiritu*.

XXII 17 ישלח *Mittet* — ישלח יהוה *Mittet Dominus*, cod. meus 440 primo. Arabs supplet العلي *altissimus*.

XXII 18 משנאי *ab osoribus meis* — ומשנאי *et ab osoribus meis*, Kenn. cod. 18, 50, 93, 108, 109, 110, 136, 150, 170, 174, 196, 223, primo 128, 294, cod. mei 11, 16, 198, 233, 264, 476, 562, 594, 597, 648, 850, primo 2, 187, 191, 262, 405, 443, 545, 674, nunc 61, 701, 765, exteri 123, 124. In meo 305 secunda manu additum ו, sed rursus deletum. Accedit Pent. Pragensis 1518 ex Lilienthalio, Machazor Hamburgense 1536, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targ. cod. mei 11, 405, ac locus parallelus Psalmi.

XXII 19 משען *fulcrum* — למשען *in fulcrum*, cod. Kennic. 1, 2, 4, 18, 19, 30, 56, 70, 93, 95, 96, 107, 108, 109, 136, 150, 182, 187, 201, 210, 223, 224, 240, 252, 309, 375, primo 82, cod. mei 16, 20, 198, 226, 233, 248, 264, 295, 297, 332, 380, 384, 440, 443, 476, 486, 545, 547, 555, 562, 579, 594, 597, 679, 701, 716, 721, 802, 850, 851, 868, primo 2, 11, 191, 211, 262, 305, 345, 419, 585, 596, 604, 674, nunc 230, 663, exter. 33, primo 123, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486, Pent. Prag. 1518, Machazor Hamburg 1536, ac locus parall. Psalmi XVIII. Kennicottianis accedit ex ms. Oberlini collat. 145, variamque hanc lectionem sistunt etiam ad marg. utraque Biblia Bombergiana. Etsi autem ad sensum necessarium ל non sit, ad metrum tamen necessarium videtur Capello *Crit. sacr.* p. 63, proptereaque vel male omissum, vel male additum.

XXII 21 כצדקתי *secundum justitiam meam* — כצדקי forma foem., cod. Kenn. 60, mei 63, 814, primo 211, 226, 407, Machazor Sonc. 1486, Machazor aliud Sonc. sine anno et loco, ac Psal. XVIII.

XXII 23 אסור *recedam* — אסיר *amovebo*. Ita correctum in cod. meo hisp. 850, ut legunt Syrus, Vulgatus, ac Psalmus XVIII. *Cum lectio textus Psalmi majorem veri speciem praeseferat, quam altera, conjicimus librarium textus Samuelis pro* אסיר *scripsisse* אסור, inquit Vogelius in Notis ad Capelli *Crit. sacr.* p. 50. Keri משפטיו *judicia ejus* non pauci codices in textu, Biblia Brix., Complutensia, Munsteri omnia, Plantiniana.

Ibid. ממנה *ab ea* — ממני *a me*, Kenn. cod. 206, 244, 452, primo 612, forte 250, 564, cod. mei 63, 679, Machazor Sonc. 1486, Machazor aliud Sonc. sec. xv, Syrus, Vulgatus. Locus parall. Psalmi ita etiam legit, sed alia forma מני, sicque videtur primo legisse cod. meus 850 hispanus.

Idem ממנה *ab ea* — ממנו *ab eo*, videlicet Deo, cod. Kenn. 162 marg., 225, 367, codices mei 174, primo 543, 596, 827. Melius et contextui conformius.

XXII 25 עיניו *oculorum ejus* — עיני *oculorum meorum*, cod. Kenn. 19, 30, 96, 150, 181, 210, 251, 294, nunc 665, cod. mei 233, 240, 543, 562, 585, 597, 679, 851, primo 419, 476, 594. Sed alia lectio melior, eamque tuentur omnes versiones, et Psalmus xviiI.

XXII 26 עם גבור *cum forti* — ועם גבור *et cum forti*, cod. Kenn. 30, 108, 174, cod. mei 4, 20, 233, 405, 420, 502, 700, 850, primo 196, 543, 545, 579, 674, 868, nunc 6, 440, 721, ext. 123, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486, Lxx, Vulgatus.

Id. עם גבור *cum forti* — עם גֶּבֶר *cum viro*. Ita nomen hoc cum duplici *segol* cod. meus 264 in Apht., ut vertunt Lxx, Syrus, et Arabs. Idem habet cod. meus 63, ac Psalmus parall. xviiI, sed alia forma גְּבַר cum *sceva*, ac *patach*. Lectio quam praefert Capellus *Crit. sacr.* p. 66 ac 729, et Vogelius Not. ad Capell. T. I p. 54. Ac Capelli conjecturam reliquis graviorem et anteponendam existimat Scharfenbergius in Notis ad posteriorem locum. Omitto codices nonnullos, qui legunt גבר defective.

XXII 27 תתבר *purus eris*. Codices Kennic. 93, 224, 253 תתברר, ut in loco parall. Psalmi. Item pro תתפל, cod. Kenn. 150, meus 20 תתפתל, ut in Psalmo. Utraque lectio Capelli judicio melior magisque analoga. V. *Crit. sacr.* pag. 67.

XXII 29 נירי *lucerna mea* — תאיר נרי *illuminabis lucernam meam*, codices Kennic. 93, 250, 425, 526, 536, 607, 632, nunc 70, mei 486, 614, primo 260, 345, 405, 502, Syrus, Arabs, ac Psalmus parall. xviiI. Sic etiam Kennic. 1, 18, 366, sed illi omittunt sequens יהוה, hic praeponit. Conf. Houbig.. Graecos etiam codices nonnullos legere hic φωτιεῖς λύχνον μου, ut in Psalmis, notat Nobilius ad h. l. in *V. T. sec. LXX* Romae edito an. 1588.

Ibid. ויהוה *et Dominus* — ויהוה אלהי *et Dominus Deus meus*, codex meus 405 primo, et Syrus.

XXII 30 באלהי *in Deo meo* — ובאלהי *et in Deo meo*, Kenn. codices 18, 19, 30, 85, 95, 150, 158, 174, 177, 181, 195, 201, 223, 226, 228, 294, 665, nunc 225, cod. mei 4, 21, 63, 191, 198, 226, 233, 248, 267, 346, 373, 380, 384, 413, 419, 502, 543, 554, 562, 579, 594, 597, 648, 662, 674, 700, 814, 850, primo 196, 197, 262, 264, 265, 345, 405, 585, 596, 614, 721, nunc 6, 61, 230, 440, 486, 701, 827, ext. 33, 123, Biblia Soncin., Prophetae Soncin. 1486, Pent. antiquus membr. in 4. sec. xv, Machazor Sonc. 1486, Machaz. aliud Sonc. sec. xv, Machaz. Hamb. 1536,

Lxx, Syrus, Chaldaeus, ac locus Psalmi parallelus.

XXII 32 מבלעדי אלהינו *praeter Deum nostrum* — זולתי אלהינו id. mutato adverbio, cod. Kenn. 70, 93, 96, 149, 200, 253, cod. mei 233, 380, 405, 543, 545, 614, primo 197, 211, 226, 305, 502, 579, Biblia Soncinensia, Prophetae Sonc., ac locus parall. Psalmi.

XXII 33 Keri דרכי in textu habent plures codices, Biblia Soncin., Prophetae Pisaur. 1511, ac versiones omnes. Hoc idem de רגלי vers. 34. Utrumque praeferendum, et sic legit Psal. xviii. Alii codices in textu דרכו cum *cholem*.

XXII 36 וענתך *et mansuetudo tua* — ועֲנותך melius, ut in Psalmo xviii, et cum iisdem vocalibus legunt cod. mei 253, 260; 405, 614, 700, 850, primo 197, Biblia Soncinensia, Machazor Sonc. 1486, Machaz. aliud Soncin. sec. xv. Multi codices plene ועַנותך, et ex Kennicottianis, qui hic producuntur, verosimile est nonnullos habere etiam puncta lectionis Psalmi.

XXII 38 ואשמידם *et conteram illos* — ואשיגם *et apprehendam illos*, cod. Kennic. 111, 181, nunc 224, cod. mei 21, 721, 814, primo 226, Syrus, Arabs.

XXII 39 ויפלו *et cadent* — יפלו *cadent*, cod. Kenn. 30, 198, Vulg., ac locus Psalmi parallelus.

XXII 42 ישעו *respicient* — ישועו *clamabunt*, cod. meus 596 primo, ac Psal. xviii. ע sup. ras. meus 262, ut forte sic ex prima manu legerit. V. Michaëlis *Biblioth. or.* T. xiii.

XXII 43 אדקם *comminuam eos* — אריקם *extenuabo illos*, Kenn. cod. 56, 240, 307, 337, 355, 474, 486, 531, 560, forte 1, cod. mei 197, 226, 233, 253, 262, 297, 384, 554, 594, 606, 679, 825, 851, ac locus parall. Psalmi. Sic etiam, sed defective ארקם Kenn. 446, mei 319, 627, primo 701. Vide Michaël. *Biblioth. or.* T. xiii p. 246.

XXII 44 עמי *populi mei* — עמים *populorum*, cod. Kenn. 150, mei 21, 594, 701, Lxx. Multi codices notant ad marg. scribarum conjecturam hic עמי esse pro עמים, vel tria conjici עמים. Sic ex meis 1, 2, 7, 295, 305, 341, 440, 518, 579, 604, 674, 722, aliique, et ex Kenn. 224, teste Lilienthalio.

Ibidem תשמרני *custodies me* — תשימני *constitues me*, codex meus 614 nunc, Syrus, Arabs, Psalmus xviii.

Idem עמי *populi mei* — עם *populi*, cod. mei 20, primo 226, 260, 419, 585, Pent. antiquus membr. in 4. sec. xv in Apht., Syrus, Chaldaeus, Arabs. Ita in loco parall. Psalmi. Capellus *Crit. sacr.* p. 70 conjicit legendum עִמי cum *chirech* et adverb. *mecum*.

XXII 45 לשמוע אזן *ad audire aure* — לְשֵׁמַע אזן *ad famam*, vel *auditionem auris*, cod. mei 63, 260, 264, 373, 594, 614, 627, 679, 814, 850, primo 2, 305, 502, nunc 230, Machazor Soncin. 1486, Machazor aliud Soncin. sec. xv, ac locus parall. Psalmi. Plurimi codices defective לשמע. Exter. 124 יכחשו.

XXII 46 ויחגרו *et cingent* — ויחרגו *et egressi sunt*, cod. Kennic. 19, ac Psal. xviii. Praefert Capellus p. 72.

XXII 47 צור *rupes*. Deest in Kenn. cod. 107, 174, 242, 253, in meis 380, 486, primo 253, 373, 579, nunc 663, in Bibliis Soncinensibus, in

Syro et Arabe, nec legit locus parallelus Psalmi. Cod. meus 240 pro ישעי *salutis meae* primo מחסי *refugii mei*.

XXII 49 מאיש *a viro* — ומאיש *et a viro*, cod. Kenn. 30, 56, 96, 111, 150, 155, 158, 187, 191, 244, 294, 309, mei 20, 211, 248, 380, 543, 585, 594, primo 262, 674, nunc 440, 663, 721, exter. 123, Syrus. Sed deest copula in Psalmis.

XXII 51 מגדיל *magnificans*. Kerì מגדול *turris* in plures mss. codices, et nonnullas antiquas editiones irrepsit. Sed major ac melior cod. pars legit מגדיל, et sic vertunt versiones omnes, non excepta Chaldaea. Ex Kennicottianis expungendi consueti 246, 249, 250, 251, quorum collatio a Kennicotto male intellecta.

XXIII 3 אלהי *Deus Israel* — יהוה אלהי *Dominus Deus Israel*, cod. Kenn. 253, meus 579 primo, Biblia Sonc., ac Prophetae Sonc. 1486, reluctantibus interpretibus omnibus antiquis.

Ibid. יראת *timoris* — ביראת *in timore*, Kennic. cod. 149, 150, 174, 253, 322, 337, 375, 452, 471, 526, 541, 576, 612, nunc 531, primo 428, cod. mei 20, 210, 663, primo 21, 545, 579, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin. 1486, Vulgatus. Reliqui interpretes aliter vertunt, sed plerique ב exprimunt. Kenn. 198 notat ad margin. alios codices legere ביראת, sicque legi debere contendit Houbigantius.

XXIII 4 שמש *sol* — יהוה שמש *Jeodh sol*, cod. Kenn. 1. Conf. Kenn. *Diss. I sup. rat. T. H.* p. 454, *Lettres de M. l'Exprofesseur en hébreu* p. 81, Fabricy *Titres primitifs* T. I *Disc. prélim.* p. 216, Bruns *Epist. ad Kenn.* p. 54. Merum librarii mendum, quod perperam Kennicottus ac Brunsius extollunt ac defendunt.

Ibid. ממטר *a pluvia* — וממטר *et a pluvia*, Kenn. cod. 2, 30, 70, 85, 154, 158, 253, 301, primo 1, cod. mei 20, 21, 196, 545, 554, 579, primo 226, 512, 596, nunc 701, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Soncin. 1486. Versiones omnes nexum exprimunt, etsi nonnullae aliter vertant.

XXIII 5 לי *mihi* — לו *sibi*, cod. Kenn. 253, 322, primo meus 579, Biblia Sonc., Brix., Antiqua in fol. sine anno et loco. Sed contra fidem veterum interpretum. כי quod quarto loco occurrit, in nonnullis codicibus desideratur, ac Kennicott. 220, 418, meus 226 legunt בי. Utrumque legi vult Houbigantius. Kenn. 252 pro לא כן legit על כן *propterea*.

XXIII 8 הוא *ipse* — והוא *et ipse*, cod. Kennic. 150, 253, 309, primo meus 579, Biblia Soncin., ac Prophetae Sonc. 1486.

XXIII 9 ואחרו *Et post eum* — ואחרי *Et post*, cod. Kennic. 3, 101, 139, 175, primo 128, 130, primo mei 305, 575, Biblia Pisaurensia 1517, ac Prophetae Pisaur. utrique an. 1511. Sed hae tres editiones sub ר legunt *kametz*, *Et post me* cum circello denotante proculdubio Kerì אחריו. Secundum בן omittit liber I Chron. XI 12, recte juxta Capellum *Crit. sacr.* p. 90, nam Achochi est nomen patriae. Ita Vulgatus. דדו in textu codices nonnulli, Biblia Sonc., Brixiensia, Prophetae Sonc., defective Complutensia. Ex Kennicottianis tamen excipiendi 246, 249, 250, 251 perperam huc traducti.

XXIII 13 שלשים *triginta*. Masorethae recte emendant in שלשה *tres*, ut legunt veteres omnes interpretes, et ut in textu habent Kenn. cod. 1, 4, 30, 70, 93, 149, 150, 176, 187, 224, 227, 253, 337, 342, 614, primo 128, 309, ex meis 545, 715, primo 440, 579, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Soncin. 1486. Expungo Kennicott. 246, 249, 250, 271. Ita מבור v. 15, et 16.

XXIII 16 ולא אבה *et noluit* — ולא אבה דוד *et noluit David*, cod. Kennic. 113, 228, ad marg. 614, primo meus 226, nunc, seu ad marg. 319, 679. Ad marg. habent quoque Biblia Bombergiana 1518, et in Append. Munsteriana 1536, sed contra fidem veterum versionum. In Prophetis Thessal. 1535 extat hic lacuna nominis דוד cum punctis ejusdem in textu, ac si hoc verbum esset unum ex iis, quae non scribuntur et leguntur.

XXIII 17 יהוה *Dominus* — מיהוה *a Domino*, Kennic. cod. 1, 23, 30, 84, 102, 145, 149, 150, 154, 160, 172, 195, 198, 204, 205, 224, 225, 226, 246, 251, 253, 297, 307, 309, 310, 320, 322, 337, 342, 355, 366, 375, 405, 421, 431, 452, 471, 474, 475, 476, 477, 490, 514, 526, 530, 541, 590, 597, 598, 601, 607, 612, 614, 616, 632, 642, nunc 2, 182, 240, 403, 425, 519, 531, 559, primo 128, 227, 321, 521, 539, cod. mei 13, 20, 210, 211, 226, 346, 380, 440, 554, 579, 663, 688, 715, 716, primo 2, 545, 596, nunc 191, 604, exter. 2, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Sonc. 1486, Chaldaeus. Deest in cod. meo 679.

XXIII 18 השלשי *tertius*, vel *trium* — השלשים *triginta*, codex Kenn. 85, meus 596, Syrus, et Arabs. Sed 596 habet ad marg. שה ק׳, et ex prima manu legebat היה ראש expresso verbo. V. 20 חיל in textu in nonnullis codicibus, et in Bibliis Sonc., Brixiensibus, Complutensibus. V. Capell. *Crit.* p. 249.

XXIII 24 בית לחם *Bethlehem* — מבית לחם *ex Bethlehem*, cod. Kennic. 30, 253, mei 554, 663, 679, primo 545, nunc 440, Biblia Soncin., Prophetae Sonc., ms. Alex. LXX, Chaldaeus, Vulg.. Syrus et Arabs non exprimunt, et Vat. cod. LXX *in Bethlehem*.

XXIII 29 חלב *Cheleb* — חלד *Cheled*, cod. Kennic. 1, 85, 93 marg., 102, 154, 225, 226, 227, primo 99, 150, 297, cod. mei 1, 13, 210, 380, 688, primo 596, 679, nunc 20, 226, 765, Biblia Complutensia, Vulgatus, locus parall. I Chron. XI 30. Codex meus 319 ad marg.: *alii libri* חלד. » Nomen hujus viri illustris, inquit Kennicottus *Diss. II de T. H.* pag. 176, ab origine fuit *Cheled*, uti hodiernum in Chronicis expressum legitur, non vero secundum eam, quae est in Samuele, lectionem *Cheleb*. Atque hoc certissime claret ex I Chron. XXVII 15, ubi ejus mentio fit ».

XXIII 33 שרר *Sarar* — שרד *Sarad*, cod. Kenn. 2, 3, 4, 84, 158, 174, primo 99, cod. mei 4, 440, 579, 663, 688, 701, primo 545, videtur 187, 679, primo 305, ac Proph. Sonc. 1486. Falso hic in Kennic. Bibliis producuntur Biblia Soncinensia, quae legunt cum ר sine ulla exemplarium discrepantia. Ita etiam legisse videntur omnes veteres, quamquam in hoc nomine legendo paullisper inter se diferant.

Ibid. הארדי *Aararites* — האדרי *Aradites*, cod. Kenn. 2, 3, 4, 174, mei 174, 576, 663, 688, 701, primo 575, forte primo 21, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Sonc. 1486. Syrus et Arabs *Adrì*. הדרי cod. Kennic. 23, mei 226, 440, ההררי meus 2.

XXIV 13 שבע *septem*. I Chron. XXI 12 שלוש *tres*, et sic in hoc Samuelis loco legunt LXX. In alterutro loco mendum cubat, ac verior et praeferenda videtur lectio Chronicorum. Sed nullam hic dissensionem, aut medelam afferunt superstites codices. Solus Kennic. 173 verbum hoc ac bina quae sequuntur, habet sup. ras.. Versu 15 ועד עת *et usque ad tempus*. Cod. meus 380 ועד ערב *et usque ad vesperam*. Syrus et Arabs *usque ad horas sex*.

XXIV 16 ידך *manum tuam* — ידיך *manus tuas*, Kenn. cod. 4, 30, 90, 96, 112, 158, 168, 174, 178, 187, 195, 224, 250, cod. mei 1, 191, 295, 380, 554, 579, 663, 715, primo 440, 575, nunc, sed antiqua manu 765, exter. meae coll. 2 primo, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486. Omnes versiones in sing.. Pauci codices repetunt יהוה post ויאמר. V. 17 cod. meus 20, Syrus, et Arabs omittunt נא.

XXIV 20 אפיו *facie sua* — על אפיו *super faciem suam*, cod. Kenn. 158, mei 596, 627, 716, primo 440, nunc 3. Alii לאפיו *in faciem suam*, ut Kennic. 70, 187, 198, 224, 225, quibus lineola frustra interposita, ac si diversa esset lectio, adduntur in Kennic. Bibliis 168, 249, 250, ac bini postremi reapse ita legunt ex ms. horum codicum collatione, sed uterque ex prima manu. Sic meus 20, nunc 701. Biblia Brixiensia legunt אפים, Soncinensia una cum Prophetis Soncinensibus et Kennic. cod. 253 Bibliis ipsis recentiore omittunt, typographi, ut videtur, oscitantia, quamvis consentientem habeant Arabem.

XXIV 22 ויעל *et offerat*. Abest a Kenn. 224 prima manu, ut notat Lilienthalius, nec legit Syrus et Arabs. Capellus *Crit. sacr.* p. 86 praefert ויעש *et faciat*, quod legit liber I Chron. XXI 23.

XXIV 23 ארונה המלך *Arauna rex*. Deest voc. המלך *rex* in Kenn. cod. 70, 96, nunc 4, primo in meo 701, in LXX, Syro, et Arabe. Houbigantius addit Vulgatum ante Sixtinam editionem, et Chaldaeum, ut aetate Kimchii legebatur, absurdumque putat Araunam illum Jebusaeum regem nominari. Debebat scribere ante Clementinam Vulg. editionem, nam Sixtina Biblia vocabulum hoc reapse omittunt, quod et a Bukentopio observatum est in *Luce de luce* pag. 336. Desideratur quoque in cod. meo Vulg. 650.

I REGUM

Cap. I 8 עם אדניהו *cum Adonia* — אחרי אדניהו *post Adoniam*, cod. Kenn. 111, primo meus 226, Lxx, Syrus. Codex meus 594 prima manu הגברים *fortes*, omisso nexu, relatoque hoc verbo ad viros, qui nominantur, ut Syrus et Arabs.

Contra plures alii codices mss. legunt וקול cum *sceva*, et sine ullo Kerì et Chediv. Ita ex editis Biblia Veneta Rabbin. 1525, Ven. 1544, Veneta 1551, Veneta 1563, Plantiniana 1566, Veneta 1566, Veneta Rabbinica 1568, Veneta 1570, Polygl. Antwerpiensia, Biblia Veneta 1572, Sanctandreana 1586, Wittebergensia 1587, Hartmanniana 1595, Ven. 1613, Veneta 1615, Veneta 1627, Ven. 12. 1635, Veneta Lombrosi 1639, Veneta 1647, Polyglotta Londin. 1657, Nisseliana 1662, Athiae 1667, Clodii 1677, Berolin. Jablonskii 1699, Amstelod. Torresii 1705, Opitii 1709, Maii 1712, Halensia 1720, Amstelodamensia Proopsii 1725, Simonis 1752, Reinecii 1756, Prophetae priores Lips. 1686, Sulsbac. 1769, et in Aphtar. Pentateuchi nonnulli, quibus favent antiquae omnes versiones.

Ibid. קול חיל *sonitum exercitus* — וקול חיל *et sonitum exercitus*, Kenn. cod. 18, 70, 76, 96, 109, 150, 151, 158, 177, 182, 191, 224, 242, 249, 294, cod. mei 22, 211, 380, 545, 547, 562, 701, primo 2, 20, 210, 230, 440, 443, 594, 596, 716, 737, 765, 825, nunc 419, 663, exter. 123, cod. Alex. LXX, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targum Leirense 1494. Brunsius qui in Kennicottianis hispanos desiderat, habet hic binos ex meis, 701, 765.

Ibid. אל אחיו *ad fratrem suum* — אל רעהו *ad proximum suum*, Kenn. cod. 89, 93, 107, 109, 136, 145, 150, 155, 191, 223, 224 marg., 246 marg., forte 384, ex meis 249, 545, 594, 679, primo 262, 596, et ut videtur, 656, nunc 419, 507, exter. 123, Pent. Brix. 1492 in Apht., Syrus, Chaldaeus, Arabs. Codex meus 7 notat ad marg.: במדו' רעהו *in cod. accurato legitur* ad proximum suum.

VII 7 היא *ipsa* — הוא *ipsum*, cod. mei 16, 197, 226, 230, 248, 335, 380, 440, 443, 502, 507, 543, 545, 592, 594, 663, 679, 701, 722, primo 596, 721, 827, Biblia Veneta 12. 1635, Veneta 1647. Ex Kennicottianis, qui hic afferuntur, legentibus הוא cum *vav*, verosimile est

multos legere cum *surech*, ac gen. masculi. Ita sane legunt 223, 224, seu bini Regiomontani, ut notat Lilienthalius. Reliqui legunt הוא, quod et editi nonnulli habent, ut Biblia Veneta 1518, Rabbinica 1525, Plantiniana 1566, Amstelodamensia 1639, Polyglotta Londinensia, et alia. Cum utraque vocali cod. mei 174, 579, ac Biblia Veneta 1572. Vers. 8 cod. meus 197 pro עד habebat primo אל *ad extremum*, ut Vulgatus.

VII 11 ויקרא *Et vocavit* — ויקראו *Et vocaverunt*, melius, ut sensus postulat, et vertunt omnes veteres, Kenn. cod. 4, 96, 109, 150, 174, 177, 196, 224, 602, mei 20, 656, primo 380, 443, 476, 545, 562, 604, 721, forte 656, exter. 123, sicque legunt Clericus, et Houbigantius. Cod. meus 419 monet ad marg. alios libros legere ויקראו, 226 vero plur. השערים in sing. legit השער prima manu, et pro ויגידו habet ויגד omnia singularia.

VII 12 נא *nunc*. Omittunt Kennic. 111, 224, textus Complutensis, et Grab. Lxx, Syrus, Vulg., Arabs.

VII 13 ככל 1.° *juxta omnem* — בכל *in omni*, Kenn. cod. 2, 3, 95, 106, 107, 109, 136, 145, 158, 172, 174, 178, 195, 206, 232, 249, 356, 489, 569, mei 3, 4, 21, 22, 230, 248. 295, 341, 384, 408, 413, 440, 443, 539, 543, 545, 562, 592, 594, 606, 679, 715, 716, 722, 765, 827, 850, primo 262, 305, 575, exter. 1 primo, Biblia Brixiensia, Proph. Thessal. 1535, Pent. CPolit. 1505 in Apht., CPolit. alter 1522, Ripae Trid. 1561, Fragm. Apht. in fol. sec. xv, Vulg.. Ita etiam videntur legere Biblia antiqua sine anno et loco.

Ibid. ההמון *multitudinem*. Irregulare ה omittunt, leguntque המון, ut fert regimen et Keri, Kenn. cod. 1, 2, 21, 30, 70, 76, 80, 89, 93, 95, 96, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 115, 125, 128, 136, 149, 150, 154, 170, 171, 172, 174, 175, 176, 177, 181, 196, 206, 224, 226, 232, 244, 248, 251, 253, 294, 296, 301, 309, 355, 356, 358, 359, 384, 489, 526, 569, cod. mei 1 in Aphtar., 2, 4, 6 marg., 13, 16, 20, 186, 191, 211, 226, 230, 233, 262, 304, 335, 341, 345, 380, 384, 419, 440, 443, 476, 502, 539, 543, 547, 562, 579, 592, 594, 596, 606, 614, 663, 667, 679, 688, 701, 721, 722, 825, 850, primo 22, 248, 295, 545, 575, 604, 656, 674, 737, nunc 197, 408, exter. 123, Biblia Brixiensia, Basileensia Munsteri 1534, 1546, Pentateuchus antiquus in 4. sec. xv in Apht., Ferrariensis 1555, ac Ven. sine punctis 1574, 1588. Nonnulli codices redundans ה praefigunt 2° המון.

Ibid. ככל 2° *juxta omnem* — בכל *in omni*, Kenn. 2, 3, 70, 107, 136, 158, 172, 174, 178, 195, 249, primo 99, 244, mei 4, 21, 22, 187, 230, 248, 295, 341, 384, 408, 413, 440, 443, 545, 562, 592, 594, 679, 715, 716, 737, 765, 825, primo 262, 305, 543, 722, 827, 850, primo ext. 1, Biblia Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Prophetae Thessal. 1535, Pent. Brixiensis 1492 in Apht., Fragm. Apht. antiquae editionis in fol. sec. xv.

Ibid. אשר נשארו בה הנם ככל המון ישראל *qui remanserunt in ea, ecce ipsi*

secundum omnem multitudinem Israel. Desunt repetita haec verba in Kennic. codicibus 1, 80, 93, 96, 106, 109, 145, 149, 160, 206, 218, 226, 232, 248, 309, 337, 338, 355, 403, 489, 490, 507, 526, 536, 544, 569, 585, 586, 588, 592, 593, 596, 598, 607, 610, 641, punctis destituta in 310. Desunt in meis 502, 539, 606, 688, primo 6, 249, 345, deleta in 543, sine punctis ut abolenda, in 614. In 16 omissum primo הנם ככל המון ישראל, in 226 הנם ככל המון ישראל אשר. Nec verba haec legunt Lxx, Vulg., Syrus simplex, Syrus heptaplaris Parisiensis, Targum Kenn. cod. 248. V. Kenn. *Diss. gen.* § 89.

VII 17 אשר דבר *qui locutus est*. Abest a Kenn. cod. 23, 93, 95, 202, a meis 606, primo 716, nunc 476, a Syro, Vulg., et Arabe. Cod. meus 721 pro praecedenti כאשר דבר *sicut locutus fuerat*, legebat כדבר, optimo sensu, *juxta verbum viri Dei quod locutus fuerat*.

VII 19 היהיה כדבר הזה *nunquid erit secundum verbum hoc?* — היהיה הדבר הזה *nunquid erit verbum hoc?* Ita Kenn. 1, 4, 23, 30, 50, 70, 89, 93, 101, 106, 125, 145, 154, 158, 172, 182, 187, 226, 249, 253, forte 82, 96, 99, 128, 150, 168, mei 1 bis, in textu et Apht., 2, 13, 187, 210, 233, 262, 295, 346, 380, 413, 440, 443, 476, 507, 543, 576, 579, 604, 606, 667, 688, 721, 825, 850, primo 596, 765, nunc 20, 248, 545, 547, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486, ad marg. Biblia Veneta utraque an. 1518, Lxx, Syrus, Vulgatus. Non accurata lat. versio Targum. Ac lectionem hanc receptae anteponit Scheid. cit. *Spec. in Isaiam*. » Plures hic codices errant, inquit Norzius, benedictusque est, qui scit, quid nam rectum sit, hoc vel illud. Nam in duobus Bibliis mss. antiquis scriptum reperi הדבר הזה cum ה, ut scribitur sub init. sectionis, et in antiqua editione in textu quidem extat כדבר, ad marg. vero הדבר ad indigitandam discrepantiam hanc codicum ». Productaque auctoritate *Chelì jakar*, et Jonathanis, subdit in *Meir Nediv* legi per ה.

VIII 5 המת *mortuum* — בנה המת *filium ejus mortuum*, cod. Kenn. 174, Lxx. בנה ad marg. Biblia Ven. 1518, apposito circello supra המת. Quod forte vocis expositionem indicat, non varietatem lectionis. Obelus autem hic praefixus in ms. Syriaco heptapl. ostendit controversum verbum Origenis aetate in hebr. codicibus defuisse, ut monet Brunsius in *Cur. hexapl.* in h. l.

VIII 7, et 9 הדד *Adad*. Utrobique הדר *Adar*, cod. mei 211, 701, Lxx, Targ. cod. mei 737. Ac Lxx in utroque codice Vatic. et Alex., cum quibus consentit Syrus heptapl. Parisiensis, adjecta marg. nota: ܥ . ܐ . ܣܡ . ܗܕܕ ܬ . ܗ . ܗܕܪ *Heb. T., Aquila, Symachus* Adad, *Theodotio et V editio* Adar. In Montfauc. tamen *Hexaplis* ex cod. Coislin. 2 Aquila, Symachus, Lxx, Theodotio *Adad*, et sola editio Rom. Lxx *Adar*.

VIII 8 מאותו *ab eo* — מאתו cod. mei 13, 226, 380, 554, 663, 715, ac Biblia Soncinensia. Defective מאתו Kenn. 1, 2, 4, 21, 23, 30, 82, 85, 93, 94, 96, 102, 115, 150, 154,

158, 168, 172, 174, 176, 182, 195, 224, 240, 251, 253, mei 2, 20, 174, 191, 210, 211, 341, 413, 440, 575, 579, 596, 667, 679, 688, 701, 716, 765, Biblia Brixiensia, Prophetae Soncinenses 1486, Leirenses 1494.

VIII 10 אמר לא *dic, non* — אמר לו *dic ei*. Kerì in textu habent Kenn. 1, 160, 224, 253, 375, nunc 168, mei 13, 20, 191, 226, 554, 596, 667, 679, 701, primo 21, 22, 380, 715, Biblia Complutensia, ac versiones omnes. Praeferendum Kerì, illudque praeferunt Lilienthalius in *Comm. crit.* p. 249, et T. I *der gut. Sache der Gottl. Off.* p. 466, et Houbigantius *Not. crit.* in h. l., qui judaeastrum quemdam sic scripsisse putat, ne mentiri videretur. Expunximus Kenn. 246, 249, 250, 251 ex male intellecta eorum collatione productos.

Ibid. ימות *morietur* — תמות *morieris*, cod. Kenn. 150, 226, forte 21, 128, primo mei 20, 604, 737, Syrus, et Arabs.

VIII 16 ויהושפט מלך יהודה *et Josaphat regis Juda*. Desunt haec verba in Kennic. cod 30, 253, primo in meo 380, qui tamen pro ישראל mendose legebat יהודה. Desunt in editione Complutensi, et Aldina LXX, in Syro simplici, in Syro heptaplari Parisiensi, in Arabe, et in multis latinis Vulgatae codicibus. Ex his septem Kennicottus producit, Toletanum, Bodlejanos quinque, et unum Bibliothecae aedis Christi G 6, quibus ms. meus codex 650, alter Regiae nostrae Bibliothecae, aliique plures addendi sunt. Quod vero spectat ad latinas editiones, antiquiores omnes quotquot vidimus, controversa verba omittunt. Non legunt Biblia Moguntina 1462, Norimbergensia 1475, Neapolitana 1476, Parisiensia 1476, sine loco ej. anni, Veneta 1478, Coloniensia 1479, Norimbergensia 1479, Veneta 1579, Veneta 1580, Veneta cum post. Lirae 1481, Veneta 1583, Basileensia 1491, Veneta 1492, Veneta 1497, Veneta 1498, Antiqua cum gloss. sec. XV, Lugdunensia 1514, Veneta 1519, Basil. 1522, Lugd. 1523, Lugd. 1526, Veneta 1538, Parisiensia Roberti Stephani, Lugd. 1540, editio antiqua cum Comm. Lirae, alia in 16. sine anno et loco, quam puto Parisiensem, aliaeque editiones quamplures. Houbigantius haec verba repugnantia esse definit, et sapientius omitti. Perperam addita tuentur etiam Vignoles *Chronol. de l'Hist. sainte* T. I pag. 231, Jackson *Chronol. antiq.* Volum. I p. 177, Kennicott. *Diss. gen.* §. 89. Ex communi enim lectione et syntaxi videtur Jehoram regnare coepisse an. V utriusque, Jorami regis Israel, et Josaphati regis Judae, cum annus ille, quo regnare coepit, fuerit annus XXV regni Josaphat. In recepta ergo lectione annus V de solo Joram intelligendus, supplendumque ובימי *et in diebus Josaphati*.

VIII 17 שנה *anni*. Kerì שנים *annorum*, quod in textu habent Kennic. 30, 89, 115, 150, 154, 176, 253, primo 90, 114, 128, ה sup. ras. 82, 99, mei 13, 20, 191, 211, 249, 295, 575, 667, 701, primo 22, Biblia Soncinensia, ac Complutensia. Alii codices nullum hic exhibent Kerì, leguntque שָׁנָה. Ita ex editis Prophetae Leirenses 1494, Thessalonicenses 1535, aliaeque editiones, inter quas Biblia Am-

stelodam. Menassè ben Israel, ut notant Biblia Maii 1712.

VIII 18 בדרך *in via* — בדרכי *in viis*, codex meus 305 primo, Syrus, Vulg., Arabs.

VIII 19 לבניו *filiis ejus* — ולבניו *et filiis ejus*, Kenn. cod. 1, 2, 21, 30, 70, 85, 89, 94, 96, 99, 101, 145, 150, 154, 155, 158, 160, 174, 178, 182, 187, 195, 198, 224, 225, 226 marg., 227, 228, 240, 249, 250, 251, 601, 602, primo 82, ex Bibl. Hal. 375, codices mei 1, 2, 4, 20, 22, 174, 191, 196, 211, 226, 295, 305, 341, 380, 413, 440, 518, 539, 545, 579, 604, 663, 667, 679, 688, 737, 782, primo 13, 596, nunc 3, 304, 319, 789, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Polygl. Antwerpiensia, Mantuana cum Norzii Com. 1742, Liburnensia 1780, Prophetae priores Soncin. 1486, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Ad marg. ולבניו Biblia Veneta utraque 1518. Hanc autem lectionis a se restitutae rationem dat Norzius: » In quibusdam libris mss. et editis scriptum est לבניו sine ו sub init. dictionis, et sic eruitur ex Gersonide. At in aliis mss. correctis et vetusta editione scriptum est ולבניו cum ו, sicque habetur in Targum, in *Meir nediv*, et loco parallelo II Chron. XXI, nec aliter bina loca afferuntur in masora ad h. l. ». Conf. Henr. Michaëlis et Houbigantius. Prophetae priores Lipsienses cum Comment. Abarb. 1686 legunt בבניו.

VIII 24 דוד *David* — דוד אביו *David patris sui*, cod. Kenn. 93, et Lxx. Sed in codd. hexapl. τοῦ πατρὸς αὐτοῦ obelo notatum.

VIII 25 שנה *anno*. Deest in Kenn. cod. 70, 90, 99, 128, 150, 158, 173, primo in meis 2, 545, 737, 782, in Bibliis Pisaur. 1517, in Venetis utriusque 1518, in Ven. 1521, in Munsterianis 1534, 1546, in Prophetis Leirensibus 1494, in Pisaurensibus utriusque editionis 1511, nec legunt Lxx, Syrus, et Arabs. Deest et in Prophetis Thessalon. 1535, appositis tamen in textu punctis vocalibus, et circello τοῦ Keri. Notat Norzius deesse in ms. codice, quem habebat prae manibus, et in Prophetis cum Comm. הריאז׳, seu R. Isaiae postremi, mendose sine dubio pro הרי״א ז״ל *R. Isaaci Abarbanelis fel. mem.*, qui saepe a Norzio producuntur, et reapse ita legunt ex Pisaurensi editione.

VIII 26 בן עשרים ושתים שנה *Filius viginti duo annorum*. Nullus codex confirmat lectionem II Chron. XXII 2, ubi legitur ארבעים ושתים *quadraginta duo*, ac prior lectio posteriori anteponenda. V. Conr. Jacobi *Diss. de Fragm. cod. biblici Heb. ms.* p. 6.

VIII 29 מלך יהודה *Rex Juda*. Desunt in Kenn. cod. 114, et Vat. Lxx.

IX 1 בידך *in manu tua* — בידיך *in manibus tuis*, cod. Kennic. 99, 112, meus 295 hispanus, primo 440, Biblia Veneta 1525-28, Veneta 1533, Veneta 1615, Veneta 1627, Amstelodamensia 1639, Veneta 1647, Prophetae Leirenses 1494. Versiones omnes in sing.

IX 2 יהוא בן יהושפט בן נמשי *Jehu filium Josaphat filii Nimsi* — יהוא בן נמשי *Jehu filium Nimsi*, codex meus 701 primo, Syrus, Arabs.

IX 3 אל ישראל *ad*, vel *super Israel* — על ישראל *super Israel*, melius Kenn.

cod. 2, 4, 30, 70, 89, 93, 94, 96, 99, 115, 130, 150, 154, 155, 172, 174, 178, 180, 198, 224, 226, 250, 253, 601, forte 90, nunc 85, 246, cod. mei 3, 20, 22, 174, 187, 191, 211, 226, 249, 346, 380, 509, 554, 663, 667, 679, 688, 701, 715, 716, primo 21, 305, 440, 596, 737, 782, nunc 186, 319, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Ven. utraque 1518 cum al. lect. ad marg., Basileensia Munsteri omnia, Simonis 1752, Prophetae priores Soncin. 1486, Leirenses 1494, Pisaurenses utrique 1511, Thessalonicenses 1535, versiones omnes.

IX 4 הנער 2.° *puer*. Deest repetitum pueri nomen in Kennic. cod. 1, 70, 96, 112, 171, 174, 224, in meis 174, 226, 539, 579, primo 22, 191, 440, 545, 737, in LXX, et Syro, et superfluit juxta Houbig.

Id. הנער הנביא *puer propheta* — נער הנביא *puer prophetae*, nunc cod. mei 20, 554, Chaldaeus, Vulgatus, et Arabs. Margo ms. cod. Syri heptaplar. Paris. ܥ . ܛܠܝܐ ܕܢܒܝܐ . *Heb. puer prophetae*. Ita ergo videntur legisse codices Origeniani. Conf. Bruns. in *Repert. or.* T. IX pag. 184, et Hasse *Lib. IV Reg. hept. Spec.* 8. Jenae 1782 p. 12.

IX 11 ויאמר לו *et dixit ei* — ויאמרו לו *et dixerunt ei*, Kenn. cod. 70, 93, 96, 154, 155 marg., 160, 224, 249, 253, 355, 601, 602, primo 94, forte 158, nunc 201, ex Bibl. Hal. 375, cod. mei 13, 20, 22, 211, 380, 539, 627, 663, 688, primo 2, 596, 667, nunc 191, 319, exter. 1, Biblia Soncin., Prophetae Soncin., LXX, Syrus, Vulgatus, Arabs, Targ. cod. mei 737. Ita secunda manus correxit in meo 604, sed tertia delevit, nec aliter legendum in multis codicibus conjiciunt scribae, ut testatur margo cod. mei 1, 3, 187, 196, 304, 305, 341, 440, 512, 545, 604, 789, 827. Ad emendatos codices Kenn. 224 refert Lilienthalius, Erfurtenses plerosque Michaëlis.

IX 12 אל ישראל *super Israel*. Melius על Kenn. 4, 89, 112, 115, 144, 145, 150, 154, 155, 173, 180, 182, 198, 210, 226, 253, primo 93, nunc 85, 246, cod. mei 22, 191, 211, 249, 413, 545, 554, 579, 663, 679, 688, 701, primo 20, 512, 596, 737, nunc 319, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncin., Leirenses 1494.

IX 15 אם יש נפשכם *si est animus vester* — אם יש את נפשכם *si est in corde vestro*, Kennic. cod. 1, 96, 99, 112, 115, 145, 149, 154, 158, 160, 187, 228, 601, primo 3, 128, את נפשכם 153. Accedunt ex meis 13, 174, 187, 211, 226, 380, 554, 576, 579, 663, 667, 688, 716, 737, primo 210, 604, 679, nunc 341, rectius juxta Scheid. *Spec. Isai.* Th. XXXI. Multi codices, etiam hispani, et antiquae nonnullae editiones, ut Biblia Soncin., Brixiensia, Complutensia, Munsteri omnia, habent in textu להגיד.

IX 19 השלום *pax ne?* — שלום *pax?* Kennic. 1, 4, 21, 100, 128, 160, 173, 174, 195, 240, 251, 252, 253, nunc 90, 242, mei 1, 304, 335, 509, 518, 575, 627, 789, nunc 22, 512, 596, Biblia Veneta 1525-28, Veneta 1533, Veneta 1544, Veneta 1551, Ven. 1563,

Plantiniana 8. 1566, Ven. 1566, Polyglotta Antwerpiensia, Antwerp. sine punctis 1573, Hutteri 1587, Raphelengii 1610, Veneta 1615, Genevensia 12. 1618, Veneta 1627, Amstelodamensia 1630, Amstelodam. 1639, Veneta 1647, Polyglotta Londinensia, Veneta 1690, Veneta 1730, Mantuana 1742, Liburnensia 1780, Pisana 1781.

IX 37 השדה *agri* — האדמה *terrae*, cod. Kenn. 30, 195, primo mei 20, 575, 596, Syrus, Vulg.. Kennicottianis addendus ex mea collatione 431. Meus 20 ad marg. *alia exemplaria* השדה. Kenn. 128 הארץ.

X 1 הזקנים *seniores* — ואל הזקנים *et ad seniores*, cod. Kennic. 2, 250, primo meus 22, nunc 604, Lxx, Syrus, Vulgatus. Quidam אל הזקנים *ad seniores*, ut Kenn. 3, 168, 242, primo mei 545, 604. והזקנים *et seniores* Kenn. 30, ac meus 196 hispanus.

X 2 ועיר מבצר *et civitas munita* — וערי *et civitates munitae*, codex meus 663, Biblia Soncinensia, Proph. Soncinenses, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus.

X 6 שנית *secunda vice*, vel *iterum* — שני *secundam*, idest epistolam, Kennic. cod. 85, 128, 145, 172, 195, 253, ex meis 346, 545, 579, 715, 737, primo 20, 305, 663, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486, Lxx, Arabs.

Ibid. אנשי *virorum*. Deest in Kenn. cod. 128, 150, 168, 173, 226, nunc 246, in meis 4, 174, 295, 440, 554, 627, primo 2, 3, 22, 305, 545, 782, nunc 663, nec legunt Syrus, Vulgatus, et Arabs. Deerat in codicibus Origenis; nam in ms. Hexapl. vocabulo ἀνδρῶν obelus praemittitur. Conf. cod. Syr. heptapl. ad h. l.. Tres ex meis illud non legentibus, 4, 295, 782, hispani et accuratissimi.

Ibid. בני *filiorum* — בית *domus*, vel *familiae*, cod. Kenn. 145, 174, mei 226, 440. Omittunt בני Kennic. 224, primo meus 545, ac cod. Alexandr. Lxx.

Ibid. את גדלי *cum magnatibus urbis* — וגדולי *et magnates urbis*, cod. meus 440 primo, et Syrus. Alii ואת גדלי *et cum magnatibus*, ut Kenn. 85, 93, 96, 115, mei 596, 679, 737, primo 2, 20, 21, 191, 604, Targum cod. mei 737. Multi defective אתם.

X 14 ויתפשום חיים *et comprehenderunt eos vivos*. Desunt in Kenn. cod. 1, 128, primo in meis 305, 596, et in cod. Vatic. Lxx. Sed male. V. Bruns. *Cur. hexapl.* in h. l.. In meo 554 perperam ad marg. additum hic אלף, ita ut occisa sint *quadraginta duo millia*, quod scribarum audaciam confirmat temere aliquando, ac supra fidem numeros augentium.

Ibidem איש מהם *virum ex eis* — מהם איש verbis transpositis Kennic. 1, 174, 182, 253, mei 319, 545, 579, 789, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses.

X 15 את לבבך *cor tuum*. Irregulare את omittunt Kennic. cod. 1, 70, 168, 210, 252, mei 679, 737. Clericus conjicit post את deesse לבבי, ac legendum *cum corde meo cor tuum*, ut Lxx, quam conjecturam probat Houbigantius.

Ibid. ידך *manum tuam* — ידיך *manus tuas*, cod. Kennic. 2, 112, mei 22, 319, 440, Biblia Veneta Rabbinica 1525, Parisiensia Roberti Stepha-

ni in 16., Veneta Rabbinica 1568, Veneta 1570, Polyglotta Antwerpiensia, Biblia Hutteri 1587, Polygl. Londin., in quibus interlinearis versio mendosa, Nissel. 1662. Prava lectio, quam damnat contextus, in quo subditur ויתן ידו *et dedit manum suam*, et antiquarum versionum auctoritas. Conf. Norzius.

X 17 לאחאב *Achab* — לבית אחאב *domus Achab*, cod. Kenn. 250, meus 701, primo 20, Syrus.

X 19 עבדיו *colentes eum* — עֲבָדָיו cum *cateph patach* sub ע et *kametz* sub ב *servi ejus*, cod. mei 20, 174, 211, 226, 295, 319, 440, 512, 545, 579, 663, 715, 716, 765, 789, primo 305, Kennic. 602, primo 375 in Bibliis Halensibus, Lxx, Vulgatus. Eadem varietas in עבדי, in Kenn. 160, 375, 602 ex coll. Henr. Michaëlis, et in meis 174, 295, 545, primo 305.

X 24 על ידיכם *super manus vestras* — על ידכם *super manum vestram*. In sing. cod. meus 305, nunc 187, ac Lxx. Defective Kennic. 70, 154, 174, 178, 198, mei 20, 579, 679, primo 249, 789, Biblia Sonc., Brixiensia, Prophetae Soncin. 1486.

X 26 מצבות *statuas* — מַצְּבַת *statuam*, melius codices mei 226, 663, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulg.. Sing. lectionem postulat contextus, ubi sequitur וישרפוה *et combusserunt eam*, item ויתצו את מצבת *et diruerunt statuam*. Eam ergo praefero cum Scheidio in *Spec. phil. crit. in Isai.* p. 20. Defective vocabulum hoc legunt Kenn. 3, 4, 85, 102, 115, 150, 154, 175, 176, 182, 249, 253, mei 210, 579, 596, 667, 701, 716, primo 604, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Prophetae Soncinenses.

X 27 מצבת *statuam* — מצבות *statuas*, cod. Kenn. 4, 70, 171, primo mei 20, 304, Biblia Amstelodamensia 8. 1639, Lxx, Arabs. In plur., sed defective מצבת legit codex meus 715, primo 22.

Ibid. ויתצו את בית הבעל *et diruerunt domum Baal*. Desunt in Kenn. cod. 1, 82, ex prima manu in meis 596, 604, 701, 789, nunc 226, 440, et in cod. Vatic. Lxx.

Ibid. וישימהו *et posuerunt illam* — וישימהו *et posuit illam*, relato verbo ad Jehu, cod. mei 20, 187, 627, 715, 716, 827, Prophetae Leirenses 1494, ac Targ. Leirense.

Id. וישימהו *et posuerunt illam*, seu domum — וישימוה cum suff. foem. relato ad statuam, Kennic. 150, 225, 226, meus 226, primo 20, ac defective וישמה primo 440.

Ibid. עד היום *usque hodie* — עד היום הזה *usque in diem hanc*, cod. mei 737, primo 305, 440, 604, Lxx, Vulg., Targum cod. ejusdem 737.

X 28 הבעל *Baal* — בית הבעל *domum Baal*, Kenn. cod. 30, 145, primo meus 596, ac Lxx juxta edit. Aldin. et Grab.

X 29 בית אל *Bethel* — בבית אל, vel conjunctim בביתאל *in Bethel*, Kennic. cod. 1, 21, 23, 30, 70, 89, 93, 96, 115, 145, 150, 158, 174, 182, 198, 201, 224, 225, 226, 249, 250, 251, mei 20, 211, 226, 663, 737, primo 2, 22, 440, 596, 667, 679, nunc 545, 715, Biblia Soncinensia, favetque analogia syntaxis.

X 30 ככל *juxta omne* — כל *omne*, codex Kennic. 198, meus 604 primo, Vulgatus, Syrus, sed hic praefixo nexu.

X 31 מכל — מעל חטאות *a peccatis* — מכל חטאות *ab omnibus peccatis*, cod. Kenn. 23, 187, 201, 226, primo 224, teste Lilienth. p. 251, mei 716, primo 20, 440, 679, Targum cod. mei 737. Latinus Chaldaei impressi interpres, qui ita vertit, codicem videtur habuisse sic legentem. Ejus sane versione deceptus est Lilienthalius, qui in hujus lectionis praesidium affert Targ. Kenn. 89 ומכל mendose praefixo ו.

Ibid. ירבעם *Jeroboami* — ירבעם בן נבט *Jeroboami filii Nabath*, cod. Kenn. 89, 154, 174, ex meis 191, primo 20, nunc 319, Arabs, Targ. Leirense 1494. Ita textus Complut. et Grabianus LXX. V. Bruns. *Cur. hexapl.* in h. l.

X 33 על נחל *super torrente* — על שפת נחל *super ora torrentis*, codices Kenn. 240, 250, LXX. Sed in hexapl. cod. χείλεος obelo notatum.

X 34 וכל גבורתו *et omnis fortitudo ejus* — וגבורתו *et fortitudo ejus*, Kenn. cod. 1, 2, 96, 198, 601, sed hic primo ex notis H. Michaëlis, 187 mendose והגבורתו. Accedunt ex meis 191, 701, 716, primo 2, 604, Biblia Veneta utraque 1518 ad marg., Chaldaeus, Vulgatus. Nullus ex hisce codicibus in Norzii manus devenit, qui testatur Jonathanis lectionem in nullo codice reperisse.

XI 1 וראתה *et vidit*. Irregulare ו, quod Keri praecipit auferri, omittunt codices quamplures, etiam hispani. Ita mei 191, 295, 627, 679, primo 575, omnes hispani, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Pisaurensia 1517, Basileensia bina 1534, 1546, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses utrique an. 1511. Puto esse *vav* ipsum praecedentis אחזיהו inconsiderate repetitum, vel ad hoc verbum translatum, ut patet ex cod. meo 765 hispano, in quo primo אחזיה וראתה sed corrector illud post Achaziae nomen restituit.

XI 3 בית *domo* — בבית *in domo*, Kennic. 85, 115, 150, 182, forte 139, meus 196, Prophetae Leirenses, analogia, versiones omnes. Contra Biblia Soncinensia, ac Soncin. Prophetae et pauci codices, inter quos meus 701 hispanus et antiquus, vers. 4 pro בבית legunt בית.

XI 7 אל המלך *ad Regem* — אל בית המלך *ad domum Regis*, cod. meus 701 primo, ac Syrus. Idem cod. meus 701 ex prima manu cum paucis aliis legunt משמרת יהוה *custodiam Domini*, omisso בית.

XI 10 הכהן *sacerdos* — יהוידע הכהן *Jojadas sacerdos*, Kenn. cod. 130, 150, 154, 182, 198, 225, 226, 227, 240, 249, mei 554, 667, primo 440, 596, nunc 319, 715. Sed Jojadae nomen nemo ex vetustis interpretibus repetit. Vers. 11 על המלך *super Regem*. Codex meus 701 עד המלך *usque ad Regem*.

XI 13 הרצין *currentium* — הרצים forma heb. Kenn. 253, mei 249, primo 20, 596, 663, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses, ut legitur v. 11, et II Chron. XXIII, 12, et ut legendum contendit Houbigantius. ו sup. ras. Kenn. 23.

XI 14 ותקרא *et clamavit* — ותאמר *et dixit*, cod. Kenn. 85, 176, 250, 253, primo, ut videtur, 114, mei 663, 737, primo 579, 596, 604, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua in fol. sine anno et loco, Proph. priores Soncin. 1486, Thessalon. 1535.

Sed melior lectio communis, eamque sequuntur antiquae omnes versiones.

XI 15 המת *interfice* — יומת *interficiatur*, nunc cod. Kenn. 224, meus 701, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Cod. meus 226 pro אל מבית primo מבית melius.

XII 11 וימנו את הכסף *et numeraverunt argentum* — וימנו את כל הכסף *et numeraverunt omne argentum*, cod. Kennic. 23, 95, 107, 111, 136, 180, 224, 251, 294, 665, mei 61, 248, 476, 502, 543, 594, 679, nunc 545. Lectio desumpta ex vers. praecedenti. Sic pauci codices pro הנמצא legunt המובא *allatum*, ut supra legitur.

XII 12 על יד *per manum* — על ידי *per manus*, Kenn. cod. 2, 18, 19, 30, 50, 56, 60, 70, 80, 89, 95, 96, 100, 106, 107, 108, 111, 112, 115, 125, 136, 139, 150, 151, 170, 174, 176, 177, 180, 181, 187, 195, 196, 226, 244, 249, 251, 252, 292, 294, 359, 384, 674, primo 85, 128, 154, 158, 171, ex Lilienth. 224, cod. mei 1 in Aphr., 4, 6, 13, 16, 20, 22, 61, 174, 191, 197, 200, 211, 226, 240, 248, 249, 262, 267, 291, 295, 319, 345, 378, 380, 384, 405, 440, 443, 476, 486, 502, 50[illegible], 535, 543, 545, 547, 554, 555, 562, 592, 594, 596, 606, 614, 627, 648, 662, 663, 665, 667, 679, 688, 701, 715, 721, 765, 814, 825, primo 11, 21, 575, 579, 674, 722, exter. meae collat. 105, 123, 124, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Basil. 1534, Basileensia 1546, Proph. priores Soncinenses 1486, Pisaurenses utrique an. 1511, in Aphtaris Pentateuchi plures, Brixiensis 1492, Antiquus membr. in 4. sine anno et loco, CPolitanus 1505, Pragensis 1518, CPol. 1522, Venetus 1524, Venetus 1548, Ripae Tridenti 1561, Venetus 1567, Venetus 1574, Venetus 1588, Mantuanus 1589, Venetus 1597, Veneti bini 1606, Amstelodamensis 1696, Lxx, Chaldaeus, Kerì. Vulg. sequitur Chediv, *alii* non vertunt. Expunxi Kennic. 246, 250, qui lectionem hanc habent ad marg., non in textu. In nonnullis pro עשי mendose עשה. In aliis bene multis Kerì המפקדים in textu, inter quos hispani, accuratissimi, ac masorethici, ex editis Biblia Soncinensia, Complutensia, Prophetae Soncin., Pentat. antiquus in 4. sec. xv. Alii nullam in hoc verbo lacunam, vel Kerì agnoscunt.

XII 17 יהיו *erunt* — יהיה *erit*, cod. Kenn. 225, primo 93, nunc 201, forte 107, meus 663, versiones omnes antiquae.

XII 18 על ירושלם *contra Jerusalem* — ירושלם *in Jerusalem*, Kennic. 30, 70, 101, 128, 150, nunc 225, 252, mei 518, 545, 701, Vulgatus. Alii codices אל, ut Kennic. 149, mei 20, 187, 789, Arabs.

XII 22 ויוזכר *Et Jozachar* — ויוזבד *Et Jozabad*, Kennic. cod. 2, 3, 99, 102, 112, 115, 130, 139, 150, 158, 174, 198, 201, 210, 246, 249, 253, 254, primo 113, cod. mei 4, 20, 21, 22, 174, 187, 191, 196, 211, 226, 249, 295, 304, 335, 346, 380, 413, 480, 518, 539, 596, 627, 663, 679, 688, 701, 715, 737, 765, 782, 789, 827, primo 2, 305, 545, 575, 604, 667, 716, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses 1486, Pisaurenses

utrique 1511, a quibus certe non differunt Biblia Pisaurensia 1517 hic in meo exemplari mutila. Norzius testatur se ita scriptum nomen hoc reperisse in quatuor mss. codicibus, et in antiqua editione, sicque legi in libris Chronicorum. Ita etiam legit Targ. Prophetarum Leir. 1494, sed Targ. impressum in Polyglottis, ac reliqui interpretes communem lectionem sequuntur. II Chr. XXIV 26 זבד *Zabad* contractum. Biblia Munsteri 1534, 1546 legunt ויזבר *Et Jozabar*, sicque cod. Kenn. 175, meus 3 ויזכד *Et Jozachad*.

XIII 3 הדד *Adad* — הדר *Adar*, codex meus 226, 701, LXX. Idem cod. 701 vers. 1 ובשנת *Anno vero*, ut Arabs in textu. Nam lat. versio nexum omittit.

XIII 6 מחטאת בית ירבעם *a peccatis domus Jeroboam* — מחטאת ירבעם *a peccatis Jeroboam*, cod. Kenn. 1, 96, 145, 224, mei 226, 679, 688, primo 575, 737, nunc 380, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

Ibid. ירבעם *Jeroboam* — ירבעם בן נבט *Jeroboam filii Nabath*, cod. Kenn. 96, ms. Alex. LXX, Syrus, Arabs, Symmachus, Theodotio, et V editio in cod. heptapl., sed obelo praefixo. V. Brunsii *Cur. hexapl.* in h. l.

XIII 11 בה *in eo* — בם *in eis*, forte Kennic. 85, forte etiam primo 128, qui habet ה sup. ras.. Ita cod. Alex. LXX, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus, faveque analogia, quam sequitur Houbig., nisi pro praecedenti מחטאות in sing. legas מחטאת, ut cod. Vatic. LXX. Ac defective quidem מחטאת legunt multi codices mss., et editi nonnulli, ut Biblia Sonc., Brixiensia, Prophetae Soncinenses, ac Leirenses.

XIII 20 בא *venit* — בה *in ea*, cod. meus 2, primo, ut videtur, Kenn. 1, in quo א sup. ras., Syrus, Vulg., Arabs. Omissum ex priori manu in meo 20.

XIII 21 וילך *et abiit*. Sine punctis, ut abolendum, in Kennic. 224, teste Lilienthalio, nec legit Vulgatus, Arabs, et Talmud Babylonicum.

XIII 24 הדד *Adad* — הדר *Adar*, cod. Kenn. 174, mei 226, 575, 701, LXX. Postremi duo hispani. Hanc eandem varietatem servant versu sequenti Kenn. 174, mei 226, 701, ac cod. Vatic. LXX. Alexandrinus Αδαδ.

XIV 1 יואחז *Joachaz* — יהואחז *Jehoachaz*, Kennic. 1, 2, 3, 30, 82, 93, 145, 150, 154, 155, 182, 187, 195, 198, 201, 224, 253, primo 168, mei 20, 22, 191, 211, 226, 295, 305, 545, 554, 604, 663, 679, 688, 701, 712, 737, primo 440, 579, 596, 789, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Pisaur. 1517, Munsteri tria 1534, 1536, 1546, Prophetae Soncin. 1486, Pisaurenses utrique anni 1511, Thessalon. 1535, Syrus, Chaldaeus, et Arabs. Sed ה insertum, vel omissum in propriis nominibus saepe occurrit. Ita v. 8 omittitur ה in יהואש in quibusdam mss., in Bibliis Sonc., Brixiensibus, et in Prophetis Soncin.. Et sic deinceps.

XIV 6 כי אם *sed quilibet* — כי *quia quilibet*, Kenn. cod. 21, 23, 30, 96, 174, mei 191, 575, 627, primo 226, nunc 13, 210, 341, Biblia Pisaurensia 1517, Prophetae priores Pisaurenses utrique 1511, ac LXX. In 13, 210, 341 אם sine punctis, et nota marg.: אם *scribitur, sed non legitur*. Utrumque כי אם omittunt Kenn. 254, meus 545, ac Biblia antiqua in

fol. sine anno et loco. Omittit et latina versio Targ., sed contra fidem sui textus.

Ibid. ימות *morietur* — יומת *occidetur*, Ken. cod. 1, 2, 4, 21, 30, 70, 85, 89, 112, 154, 176, 253, primo 178, forte 158, mei 13, 196, 211, 226, 380, 440, 579, 596, 663, 667, 679, 701, 712, primo 20, 22, 737, nunc 545, Biblia Sonc., Brixiensia, Prophetae Soncinenses, Arabs, Kerì. Omissi Kenn. 246, 249, 251 male huc traducti. Sed melioris notae codices, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Vulgatus sequuntur Chediv. Extant etiam codices, qui legunt ימות cum suis punctis, et sine ullo Chediv, inter quos mei 295, 341, uterque hispanus. Codex meus 191 hispan. primo ימותו *morientur*, Kenn. 150, 182, meus 688 יומתו *interficientur*. Nonnulli ex meis omittunt ex prima manu איש.

XIV 13 ויבאו *et venerunt* — ויבא *et venit*. Ita Kerì in textu Kenn. 70, 89, 145, 174, 224, 253, mei 13, 20, 191, 196, 226, 305, 667, 679, 688, 712, primo 22, 554, 579, 737, Biblia Brixiensia. Iterum omissi Kenn. 246, 249, 250, 251, perperam producti. Codex meus 305 habet ויבוא, et Kerì de ו redundante ante א. Alii ויבאו sine Kerì, ut mei 4, 211, 249, aliique, Prophetae priores Leirenses 1494, Thessal. 1535. Houbigantius praefert ויביאו *et deduxit eum*, ut legit Vulgatus.

Ibid. בשער *in porta* — משער *ex porta*, Kenn. cod. 1, 30, 182, 253, primo 130, mei 604, primo 20, 22, 663, nunc 226, 545, ad marg. 319, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncin., Syrus, Vulg., Arabs, Targum Leirense. Melius juxta Houbigantium. Meus 211 ובשער *et in porta*, ac pro praeced. בחומת 712 legit in plur. בחומות *muros*.

XIV 14 בית יהוה *domo Domini* — בבית יהוה *in domo Domini*, Kenn. cod. 1, 23, 85, 93, 145, 150, 158, 182, 249, primo 94, 113, 154, mei 191, 211, 380, 554, 663, 679, 716, primo 20, 737, nunc 413, exter. 1 primo, Biblia Soncinensia, Pisaurensia 1517, Prophetae Soncin. 1486, Pisaur. utrique an. 1511, Thessalonicenses 1535, analogia, versiones omnes. *In Prophetis cum Comm. Abarbanelis*, inquit Norzius, *legitur* בבית, *quod et in alia editione ad marg. notatur, sed in reliquis omnibus libris scriptum est* בית, *in Chronicis vero* בבית האלהים. Editio illa, quae id notat ad marg., est Veneta utraque in fol. et 4. anni 1518.

XIV 15 אשר עשה *quod fecit* — וכל אשר עשה *et omne quod fecit*, Kenn. cod. 23, 99, 115, 130, 154, 155, ad marg. 30, primo mei 174, 305, 827, nunc 341, 440, 545, Lxx, Syrus, Arabs. Vers. 19 perperam in var. codicibus, ac Soncinens. Prophetis omittuntur verba וישלחו אחריו לכישה *et miserunt post eum in Lachis*.

XIV 23 מלך ישראל *rex*, vel *regis Israel* — על ישראל *super Israel*, cod. Kennic. 23, 96, 102, 144, 154, 158, 160, 224, 226, 249, 601, nunc 168, mei 4, 13, 596, 716, primo 2, 545, 575, 667, exter. 1 primo, Biblia Pisaurensia 1517, Veneta utraque an. 1518, Veneta 1521, Munsteri bina 1534, 1546, Prophetae priores Pisaurenses utriusque editionis 1511, cod. Vatic. Lxx. Alexandrinus habet utrumque. Kennicottianis adde ex Bibliis Hal. 375. Non aliter

codex, quem ad h. l. producit Norzius, cui Jonathanis versionem opponit. Voc. מלך ad Joas referunt Vulgatus, et latini interpretes textus Hebraei, Syri, Arabici, Chaldaei in Polyglottis.

XV 5 החפשית *libertatis*. Alia forma החפשות utuntur Kenn. 145, 173, 180, 201, 224, mei 4, 688, primo 305, 765, ext. 105, Biblia Soncinensia, ac Prophetae Leirenses 1494, sed hi cum circello ad indicandam codicum varietatem. Biblia Pisaur., Prophetae priores Pisaurenses, ac Thessalonicenses החפשת.

XV 6 עזריהו *Azariae* — עזיהו *Oziae*, cod. Kenn. 1, Syrus simplex, Syrus heptaplaris Parisiensis, et Arabs.

XV 7 עזריה *Azarias* — עזיהו *Ozias*, cod. Kenn. 1, Syrus, et Arabs.

XV 11 הנם *ecce ea scripta sunt* — הלא הם *nonne haec scripta sunt?* cod. meus 701, ac Vulgatus.

XV 13 לעזיה *Oziae* — לעזריה *Azariae*, Kennic. cod. 1, 23, 70, 89, 96, 112, 115, 128, 145, 150, 154, 155, 160, 172, 174, 178, 180, 187, 195, 201, 224, 226, 228, 240, 253, 601, 602, primo 94, forte 99, nunc 225. His adde ex collatione Michaëlis 375 primo, ex mea 475. Accedunt ex meis 2, 13, 20, 22, 191, 211, 226, 249, 295, 380, 440, 539, 545, 554, 575, 579, 604, 663, 667, 679, 688, 716, 737, 765, primo 21, 305, 596, nunc 319, 715, ad marg. 210, exter. 1, 2, 84, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Prophetae Soncinenses, ad marg. Biblia Veneta utraque 1518, in App. Munster. 1536, Lxx, Chaldaeus, Vulgatus. Ita legitur in versibus praecedentibus. Chaldaeus tamen variat hic in mss. codicibus, et Targum Leirense, princeps editio, retinet nomen *Oziae*. Cod. meus 575 notat ad marg.: *In Hilleliano* לעזיה. *In uno ms.*, notat ad h. l. Norzius, *scribitur* לעזריה, *in alio extat ad marg. alios libros legere* לעזריה, *quod et in Targum legitur. At vero in aliis libris* לעזיה, *sicque legi debet ex Masora*.

XV 16 את כל *omnes praegnantes* — ואת כל *et omnes praegnantes*, cod. Kenn. 85, 89, 154, 172, 182, 201, mei 211, 341, 679, 688, 701, primo 440, nunc 20, 226, Lxx, Syrus, Chaldaeus, Arabs.

XV 18 מעל *a peccatis* — מכל *ab omnibus peccatis*, cod. Kenn. 85, 154, 224 marg., primo 1, 128, mei 211, 716, primo 440, 596, nunc 341, Lxx, Targ. Leirense. Sed in cod. hexapl. vocabulo πασῶν obelus praefigitur. Quidam מחטאות.

XV 26 הנם *ecce haec* — הלא הם *nonne haec?* cod. Kennic. 154, 226, primo meus 20, Vulgatus.

XV 28 מן חטאות *a peccatis* — מכל חטאות *ab omnibus peccatis*, cod. mei 305, 575, uterque ex prima manu, ac Lxx. 20 primo מעל, alterutrum a abrasus. Codices nonnulli et Prophetae Leirenses מחטאת.

XV 30 בן עזיה *filii Oziae* — בן עזריה *filii Azariae*, cod. Kennic. 187, Lxx, ad marg. cod. Syrus heptapl. Parisiensis.

XV 34 עשה 2° *fecit*. Deest in Kennic. cod. 1, 102, primo in meis 210, 295, 679, in Lxx, Syro, et Arabe.

XV 36 וכל *et omne*. Deest in Kennic. cod. 1, 21, 23, 70, 85, 89,

90, 94, 100, 144, 160, 172, 174, 176, 178, 180, 201, 225, 226, 227, 228, 246, 249, 250, 252, nunc 150, 175, 242, in 375 ex Bibliis Halensibus, in meis 3, 4, 13, 20, 22, 174, 187, 191, 210, 211, 226, 295, 304, 335, 346, 413, 509, 512, 518, 539, 554, 575, 576, 667, 679, 715, 765, 782, 827, primo 305, 319, 545, 688, nunc 1, in Bibliis Venetis 1678, Venetis 1730, Venetis 1739, Venetis 1766, Pisanis 1781, in Proph. Leirensibus 1494, et in Targ. cod. mei 737, ac Leirensi. Biblia Veneta 1678 notant praeterea ad marg.: *Sic legendum juxta codices omnes hispanos, et in editiones irrepsit error* וכל. Margo Bibliorum Ven. 1690: *In mss. codicibus hispanicis non legitur* וכל, *et sic necesse est legere*, quamvis in textu aliam lectionem sequantur. Biblia Veneta 1730 ad marg.: *In primis editionibus reperitur* וכל, *quod mendum est, quia mss. codicibus hispanis nos innitimur*. Quam notam repetunt Ven. 1766, ac Pisana 1781. Sane in meorum codicum numero septemdecim hispani vocabulum istud omittunt, quod tamen legunt veteres omnes interpretes, excepto Targum in paucis codicibus suorum codicum fidem secuto. Desero hispanos codices, et sequor veterum consensum. Nihil, quod mireris, de hac variatione, ut et de aliis multis, etsi magna hinc inde codicum auctoritate stipatis, Norzius.

XV 38 ויקבר עם אבתיו *et sepultus est cum patribus suis*. Desunt in Kenn. cod. 21, 30, 102, 176, nunc 198, in meis 319, 579, primo 3, 20, 21, 196, 210, 380, in Bibliis Brix., in Antiquis sine anno et loco. *In uno ms.*, inquit Norzius, *et in antiqua editione omittitur* ויקבר עם אבתיו, *et in vetusta editione Veneta non legitur in Targum. Sed in aliis mss. extat tum in textu, tum in Targum*. Extat etiam in reliquis omnibus versionibus antiquis.

Ibid. אביו *patris sui*. Non legunt Kenn. 154, 172, primo meus 1, 295 hispanus, Syrus, et Arabs.

XVI 6 מאילות *de Eloth* — מאילַת *de Elath*, cod. mei 13, 380, 539, 545, 679, 716, Biblia Soncinensia, LXX, Syrus, Chaldaeus, Vulg., Arabs, et bis contextus ipse hujus versus. Biblia Pisaurensia, ac binae editiones Pisaur. Prophetarum 1511, utramque lectionem conjungunt מאילוֹת. Defectus tamen *cholem*, et *kametz* suppletum ostendunt singularem lectionem ab editoribus praeferri, eaque pluralem emendari. Hoc idem faciunt Prophetae priores Thessalonicenses 1535. Sunt autem multi codices, qui defective legunt מאלת, Kennicottiani 1, 2, 23, 30, 82, 85, 89, 93, 94, 96, 99, 101, 102, 149, 150, 154, 155, 173, 178, 180, 182, 251, 253, ex quibus nonnulli proculdubio in sing. legunt, mei 2, 4, 210, 295, 440, 575, 663, 765, ac Soncin. Prophetae 1486. Singularis lectio cum Houbigantio restituenda.

Ibid. וארומים *et Aromim* — וארמים *et Aramaei* vel *Syri*, Kenn. cod. 23, 30, 82, 85, 90, 94, 96, 99, 100, 114, 115, 144, 145, 155, 168, 172, 173, 180, 226, 228, 242, 254, 404, 405, 417, 460, 506, 521, mei 1, 3, 4, 20, 187, 196, 210, 249, 304, 319, 341, 346, 413, 509, 512, 545, 576, 579,

596, 604, 782, 827, primo 518, 765, nunc 575, Biblia antiqua in fol. sine anno et loco, Ven. 1690, Prophetae Leirenses 1494, Syrus, Chaldaeus. Ita legebant codices Origeniani. Nam in ms. Syro heptaplari Paris. legitur ad marg. ܐܕܘܡܝܐ. ܠ. Conf. Brunsii *Cur. hexapl.* in h. l., qui tamen parum accurate scribit esse ipsum masorethicum Chediv. Lectionem hanc praefert Capellus *Crit. sacr.* p. 233.

Idem וארומים *et Aromim* — ואדומים *et Idumaei*. Ita Kerì, quod defective, vel plene in textu sistunt mss. codices quamplures. Plene, ut fert Kerì, Kenn. 112, 128, 149, 150, 176, 187, 224, 225, 319, 366, 459, 490, 526, 531, 562, 587, 590, 596, 598, 601, 606, 614, 648, primo 158, 178, 209, 307, 309, 355, videtur 93, defective 1, 4, 89, 160, 174, 182, 195, 206, 210, 220, 227, 253, 297, 336, 337, 342, 356, 403, 423, 428, 431, 434, 451, 471, 475, 477, 505, 514, 540, 543, 559, 612, 616, 636, primo 2, 113, 204, 541, forte 252, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Soncin. 1486. Cum ד alterutro modo legunt codices mei 21, 174, 191, 211, 226, 295, 539, 554, 663, 667, 679, 688, 701, 715, 716, primo 305, 575, 737, nunc 765, Lxx, Vulg.. Quod attinet tamen ad Vulgatum, nonnulli ejus codices legunt *et Syri*, ex quibus est antiquissimus Amiatinus Bibliothecae Laurentianae. Alii plures, ut et nova Hieronymi editio, utrumque habent *Idumaei et Syri*. Atque ex hisce postremis est meus 650. Kimchius utramque lectionem tuetur, et conciliat. Conf. Lilienthalius *Comm. crit.* p. 255, et Clericus in h. l.. Praetermissi Kennic. 246, 249, 250, 251 male ad textualem lectionem translati, ac 249, qui ad defective legentes refertur, habet ואדומים ק' plene.

Denique alii codices sive mss., sive editi nullum hic agnoscunt Kerì. Ita ex editis Biblia Veneta 1544, Veneta 1551, Veneta 1563, Plantin. 1566, Veneta 1566, Veneta 1572, Wittebergensia 1587, Hartmann. 1595, Veneta 1613, Veneta 1615, Ven. 1627, Veneta 12. 1635, Amstelodam. Menassè ben Israel, Veneta 1647, Nisseliana 1662. Houbigantius conjicit pro לארם lectum olim לאדום.

XVI 8 בית *domo Domini* — באצרות בית *in thesauris domus Domini*, Kennicottiani codices 178, 253, primo meus 663, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses 1486, ac Lxx. Kennic. 182, 249, primo meus 440 בבית *in domo*.

XVI 10 דומשק *Dumesek*, vel *Dumasci* — דַמשק *Damesek*, vel *Damasci*, melius cod. mei 174, 211, 663, 701, primo 380, 440, 545, 575, nunc 679, Biblia Sonc., Ven. 1613, Veneta 1615, Veneta 1647, Veneta 1690, Lxx, Syrus, Vulgatus, Arabs. Ita non modo in hoc versu, sed in sequentibus communiter legitur hoc nomen, ac cod. meus 304 hispanus textualem lectionem ad marg. emendat, דמשק ק' *lege Damasci*. Defective דמשק hic legentes producuntur Kenn. 1, 4, 39, 89, 96, 150, 154, 182, 198, 240, 253, ex quibus nonnulli, ac forte plerique legunt cum *patach*, sicque conjicio legere Bibl. Amstelodam. 1639, citata sub n. 286.

XVI 17 המכנות *fulcimenta* — ואת המכנות *et fulcimenta*, Kenn. cod. 1, 2, 93, 115, 145, 150, 154, 174, 178, primo 82, mei 4, 191, 211, 295, 545, 554, 701, primo 20, 604, nunc 341, Biblia Pisaur. 1517, Prophetae priores Pisaurenses utrique anni 1511, Thessalon. 1535. Melius quidem, sed veteres cum praecedenti verbo connectunt, nulla copula interposita. Eam sine את praefigunt Kennic. 96, 201, nunc meus 663.

Ibid. ואת הכיור *et concham*. ו copulativum omittunt Kenn. 30, 70, 112, 128, 150, 171, 174, 175, 176, 180, 182, 224, 226, 242, 253, primo 82, mei 2, 4, 13, 191, 226, 295, 380, 554, 667, 688, 715, 737, 765, primo 22, 305, 575, 579, 596, 716, nunc 335, 341, 545, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Antiqua sine anno et loco, Complutensia, Prophetae Soncin. 1486, Leirenses 1494, versiones omnes antiquae, et Kerì. Dele ex Kenn. 246, 249, 251. Quidam codices, ac Prophetae Thessal. nullum habent Kerì.

XVI 19 אשר עשה *quae fecit* — וכל אשר עשה *et omnia quae fecit*, Kennic. cod. 23, 150, 154, 158, 168, 182, 226, 252, primo 173, cod. mei 2, 22, 211, 249, 440, 539, 604, 679, 737, nunc 545, 688, Lxx, Syrus, Arabs, Targum cod. mei 737. Mei 20, 716 ואשר *et quae fecit*.

Ibid. הלא הם *annon ipsa* — הנם *ecce ipsa*, cod. Kenn. 85, 96, Syrus, Arabs. Parum accurata lat. versio Arabis et Jonathanis.

XVII 1 שתים עשרה *duodecimo*. Repetunt שנה *anno* Kennic. 1, 150, 155, 182, mei 2, 554, 596, primo 20, 413, 604, 701, nunc 226, 319, et Syrus.

XVII 4 כשנה *juxta annum* — שנה *de anno*, Kenn. cod. 1, 30, mei 688, primo 20, 22, 211, 604, nunc 380, 440, Prophetae Leirenses 1494.

Id. כשנה *juxta annum* — בשנה *in anno*, Kenn. 4, 70, 155, 174, primo 113, 158, forte 130, mei 196, 539, 545, 554, 596, 663, 716, 765, primo 440, 782, Biblia Brix.

XVII 6 בשנת *in anno* — בשנה melius in statu absol. Kenn. cod. 2, 155 marg., 172, 174, 226 marg., cod. mei 211, 226, 554, 715, 716, primo 187, 305, 596, nunc 21, 319, ad marg. 413, Biblia Soncinensia. Ita exigit syntaxis. Male hic Kennicottus cod. 602, seu Erfurt. 3, producit, qui habet in textu בשנת cum Kerì בשנה, ut testantur Biblia Halensia. Item 601, seu Erfurt. 2, habet בשנת cum punctis alterius lectionis בשנה, et Kerì לשנה.

XVII 13 נביאו *prophetarum* — נביא *prophetae*, Kenn. cod. 30, 153, 253. Melius, favetque contextus, in quo sequitur sing. כל חזה *omnis videntis*, ac plana omnia, si ו, quod redundat in נביאו, connectatur cum sequenti verbo, ac legatur נביא וכל חזה *prophetae et omnis videntis*, ut conjicit Schultzius in *Der Vollst. kritic uber die Ausgab. der H. Bibel* p. 207, et Houbigantius in h. l.. In sing. legit Targum, copulam autem habent Syrus, Vulg., et Arabs. Habent et bini codices mei hispani, sed retenta praecedenti anomalia, videlicet 4, qui legit נביאו וכל חזה, et 679, qui habet נביאי וכל חזה. Habes ergo verae lectionis vestigia, ac nexum suo loco restitutum in binis mss. hispanicis.

Alii codices habent Keri נביאי in textu, etiam editi, ut Biblia Munsteri 1534, 1546, Amstelodamensia 1639, sed status nominis constructus hic irregularis. Biblia Brixiensia נבאי defective, ac forte *jod* transposito pro נביא. Bibl. antiqua sine anno et loco legunt נבאו.

Nonnulli, suppleto *jod*, habent נביאיו *prophetarum suorum*. Ita Kennic. 252, primo meus 688, et Lxx. Syrus et Arabs *servorum suorum prophetarum*. Vulg. *prophetarum*. Nullus codex נביאים. Codex meus 20 legit נביאי ביד כל חוזה repetito ביד, 545 omisso prima manu כל נביאי, legit tantum ביד כל חוזה *per manum omnis videntis*. Confer. Lilienthalius *Comm. crit. 2 codd. Regiom.* p. 255, ubi constructae lectionis expositionem suppeditat, quae non placet.

Ibid. חקותי *statuta mea* — וחקתי *et statuta mea*, Kenn. cod. 1, 89, 93, 150, 154, 158, 176, 182, 198, 240, 246, 253, cod. mei 1, 20, 211, 226, 249, 380, 663, 679, 701, 715, 716, 737, primo 191, 305, 440, 596, nunc 413, Biblia Soncinensia, Prophetae Soncinenses, ac versiones omnes. Ex auctoritate masorae, correctiorum codicum, antiquiorum editionum praefixum ו reprobat Norzius, sed perperam antiquiores editiones producit, quae illud legunt.

XVII 20 מפניו *a facie sua* — מעל פניו *desuper facie sua*, cod. Kenn. 128, 154, 176, 249, forte 94, mei 679, primo 413, 596, 667, Proph. Leirenses 1494. Versu praecedenti quidam וגם, inter quos meus 701 hispanus et antiquus, ut Lxx, Syrus, et Arabs.

XVII 21 וידא *et expulit*. וידח in textu Kenn. 1, 4, 70, 89, 93, 150, 174, 253, א sup. ras., seu primo 30, 130, 139, mei 13, 191, 226, 554, 596, 667, 679, 701, primo 22, 579, 737, nunc 380, Biblia Soncinensia, Brixiensia, Complutensia, Prophetae Thessalonicenses 1535, Talmud Babylonicum. Recte, nam ita necessario legendum. Expuncti Kennic. 246, 249, 250, 251.

